... *are aliquem ſycophantiis*. Pœn. ... v. 17.
... *nata oſſa* : ſcil. veſtimentis va... s. Truc. 2. 2. verſ. 15. vide etiam ... alig. ad lib. 1. Tibull. Eleg. 9.
... *nata puella* Pœn. 1. 2. v. 71. *Comodè exorn.*
... *natus baſilicè & fatuè ad fallaciã.* ... œn. 3. 1. v. 74.
... *r[ſ]a tela* paſſiuè Bacch. 2. 3. v. 116.
... *ſſare*. Amph. 1. 1. v. 161. 162. 163. Men. 5. 2. verſ. 106. Pſeud. 1. 3. verſ. 47.
... *ſſatus*. Aul. 2. 9. v. 3.
... *otica Græcia*: barbara. Men. 2. 1. v. 11. vide Scalig. in Feſtum.
... *oticum* genus veſtis peregrinum, foris adueniens. Epid. 2. 2. v. 48.
... *oticus*: peregrinus. Moſt. 1. 1. v. 41. 42.
*Expalpare*: *blandiri*, *exorare*. Pœn. 1. 2. v. 144.
*Expalliari*. pallio ſpoliari. Caſ. 4. 10. v. 6.
*Expalponides numorum*: compoſitio ficta. Perſ. 4. 6. v. 22.
*Exſpectationi eſſe*. Mil. 4. 6. v. 64. Cicero non aliter loquitur lib. 9. Epiſt. ad Varronem. Aduentus Cæſaris eſt in exſpectatione.
*Eccum*. Mil. 4. 6. v. 66.
*Expeculiatus ſeruus*. Pœn. 4. 2. v. 21.
*Expedibo*. Truc. 1. 2. v. 35.
*Expedire* pro *liberare*. Capt. 2. 3. v. 94.
*Expedire*: reſpondere. Trin. 4. 2. v. 38.
*Expedit* pro *vtile eſt*. Capt. Prol. v. 54.
*Expedire* pro dicere, narrare. Amph. 5. 1. v. 29. Rud. 3. 2. v. 14. Pœn. 5. 2. v. 151. & 5. 4. v. 24. Stich. 2. 3. verſ. 38. Men. 4. 2. v. 50.
*Expedire rem* Pœn. 3. 1. v. 53.
*Expedire cuncta*. Pœn 5. 2. v. 47. 64.
*Expedire rerum capita*. Truc. 4. 3. v. 16
*Expedit* pro ſuccedit, peragitur. Amph. 1. 3. v. 23.
*Expedite*: contrarium *Impedite*: propriè Plautus vſurpat de curſura. Merc 1. 2. v. 10.
*Expedite fabulae*. Men. 1. 2. v. 63.
*Expeditus*. Epid. 1. 1. v. 79.
*Expellere ex cerebro*. Truc. 2. 2. v. 33.
*Expellere corde deſidiã*. Trin. 3. 2. v. 24.
*Expendere auro*. librare: auro aliquẽ quaſi ad pond⁹ redimere. Bacch. 4. 4. v. 1.
*Expendere*: pro ponderare, pendere, penultima correpta. Aſin. 2. 2. v. 34.
*Expenſa meretricia*. Truc. 1. 1. v. 54.
*Experſi & accepti ratio*. Moſt. 1. 3. v. 145.
*Expenſo, as*. ſæpe expendo. Pſeud. 2. 2. v. 32.
*Expergefacere probrum* Curc. 1. 3. v. 43
*Expergiſci è ſomno*. Aſin. 2. 1. v. 1
*Expertor*: video. Men. 2. 2. v. 59. Stich. 4. 1. v. 5.
*Experiri* pro *conari*. Capt. 2. 3. v. 65.
*Experiri* cum aliquo. agere cum aliquo, inſolenti vſu. Ciſt. 2. 1. v. 11.
*Experiri*. periculum facere. Pſeud. 1. 2. v. 3. Aſin. 1. 3. v. 99. Merc. 4. 4. v. 29. Trin. 4. 2. v. 93. Truc. 4. 2. v. 40. vide Notas Taubmanni.
*Experiri principium*. periculum initio facere. Moſt. 1. 3. v. 80.
*Experiri cum aliquo vi*. h. e. vi cum aliquo contendere. Bacch. 5. 2. v. 49.
*Experiri re*. Pſeud. 1. 1. v. 70.
*Experiri opera*. Pſeud. 4. 2. v. 50.

*Experiri* cum aliquo in iure: eſt litigare apud prætorem. Moſt. 5. 1. v.41.

*Expers* qui eſt ſine parte, cum ablatiuo. Amph.2.2.verſ. 81. Expers more.

*Expers* cum auferendi caſu. Aſin.1.1. v.31. Alibi. *Eares me expertem domo facit.* C: tull. *omnibus expers.* Perſ. 4.3.v. 40.

*Expers amoris.* Pſeud. 1.5.v.83. *Expertem amoris te habui.* h.e. cælaui te amorem filij.

*Expertus ſum reapſe.* Truc.4.3.v.41.

*Expetere.* Trin.2.2.v.85.

*Expetere* pro *capere.* Moſt.4.1.verſ.4. *Stulta ſibi conſilia expetunt.*

*Expetere:* pro deſiderare, cupere, optare. Moſt. 1. 2.v. 47. & 1.2.v. 21. Aul.4.4.v.42. Pœn.5.3.v.11.12. Trin.3.2.v.48. Caſ. Arg.v.1. Curc. 1.2.v.11.

*Expetere alicui* vel in aliquem: non in aliquo. Amph. 2.1 v.42. & 3.1. v. 13. In re mala inprimis & ſupplicio poni amat, valet idem ferè quod euenire. Amph.3.2.v.15. Mil. 2.4.v.40.

*Expetere ſibi aliquid ab aliquo.* Moſt. 1.2.v.75.

*Expetere pacem Iouis:* eſt Iouem propitium ſibi ſperare. Amph. 5. 1. v. 75.

Liuius & Virgil. *expoſcere pacem* dixerunt.

*Expetere:* verbum euentus: pro *expedire.* Trin.2.1.v.10. Sic certè ibi legendum deinceps. & verſ.35.

*Expetere*, redundare, recidere, Amph. 1. 2.v. 33. *Expeteſſo.* Aſin. 3.1.v. 23.

*Expeteſſam:* expetam. Trin. 2.1.v.4.

*Expeteſſere preces:* preces precari. Eine bitt begehren Rud. 1. 5. v.1. Alij *paces* malunt: ſed nihil omninò mutandum. *Inuocare & Preces expetere* idem ſunt.

*Expeteſſo:* ἀρχαϊκῶς pro expeto. Epid.2.2.v.70. Sic *faceſſo* pro *facio* *petiſſo* pro *peto.* Et alia infinita apud antiquos ſcriptores.

*Expetiſſo.* Mil.4.6.v. 14.16.

*Expetit*, euenit, exiſtit. Amph. 1.1.v. 20. Sic ibi Nonius exponit.

*Expetit:* pro *durat.* Pœn.3. 3. verſ.23. *Ætatem expetit.*

*Expeto enixe* Trin.3.2.v.26.

*Explementum.* Stich.2.1.v.19.

*Explere* implere. Curc.3.v.40.

*Explere* de ſaturo dicitur. Curc. 3.v. 16.

*Explicare rem ſuam:* augere. Pœn.3. 5.v.5. Sic Amph. Prol. v.5. *Expedire rationes* dixit.

*Explicare virtutes ſuas.* Epid. 3. 4. v. 9.

*Explicatam rem dare.* Pſeud. 4.1.v. 18.

*Explorator.* Pſeud 4.7.v.71. vide Feſtum in *Explorare.*

*Exploratum & prouiſum.* Capt. 3.4. v. 110.

*Expiare* eſt facto ſacrificio Deum, quem aliquo facto offenderis, tibi reconciliare, eiuſq; pacem impetrare. Factum ipſum quod expiari debet *Piaculum* dicitur. Moſt.2.2.v.34.

*Expilare* eſt furtiuè fraudare. vide *ſuppilare.* Aſin. 4.2.v.17.

*Expoliare.* Truc.2.7.v.3.

*Expolire conſilium.* Pœn.1.1.v.60.

*Expoliri.* Pœn.1.2.v.11.

*Exponere ictu*, eſt loco mouere, & de gradu deijcere. Truc.3.1.verſ.14. Caſ. 4.4.v.27. Allegoria à luctatoribus.

*Expolitæ ædes.* Moſt. 1.2. v.18.

*Exponere* pro *deiicere* & proſternere. Sumtum ab his qui è naui exponuntur

nuntur vel mercibus,quę expoſitæ ſunt. Caſ. 4.4.v.27.

*Exponere*, non educare ex more Romano, quem vide Phil. Plaut. Natiuitatis Educationis. Caſ. Prol. v.41. Ciſt. Arg. v.4.& 1.3.v. 34.39.

*Exporrigere lumbos.vt frontem*.Pſeud. Prol. v.24.

*Exportare foras*. Truc.1.2.v.4.

*Expoſititia puella*.Caſ.Prol.v.79.

*Expoſiuit* vide *Poſiuit*.

*Expoſtulare*. pro, ægrę ferre,cōqueri. Moſt. 2.2.v.87.

*Expoſtum*.Trin.2.4.v.5.

*Expretus*. Feſtus pro *expertus* ſumit paſſiuè. At qa vterq; codex mēbranaceus Camerarij retinet illud *expretus*.Bacch.3.3.v.42.*Conrad. Ritterhuſius* magnum litterarum decus deducit ab *exſperne re* quod eſſet *exſtinguere*. Vide Turn.lib.3.cap.5.& l.15.cap.15.

*Exprobrare*. Trin 2.2.v.37.

*Exprobrare*, ὀνειδίζειν. Auffropffen. Moſt.1.3.v.141. Capt.3.4.v.59.

*Expromere*. Bacch. 4.4.verſ.9.Merc. Prol.v.47.Mil.3.1.v.168.& 3.2.v. 18. & 4.2.v.64.

*Expugnare alicui aliquid ab aliquo*. Bacch. 4.9. v 7.

*Expugnaſſere*.Amph.1.1.v.55.vide *Infinitiui*.

*Expungere* rationum verbum, eſt punctis circūducere, & tollere, & quaſi rem iam confectam eximere è codice. Ciſt.1.3.v.41. vide *Nomen exp*.

*Expungere gloriam*.Amph.Di voſtrā. v. 27.

*Expurgare* ꝓ *purgare, excuſare*. Capt. 3.4.v.87. Mil.2.6.v.36.

*Expurgare ſe*.Mil.2.6.v.18.

*Expurgatio* pro excuſatione.Amph. 3.3.v.10.Merc.5.3.v.4.

*Exputare rem*.Trin.2.1.v.8.

*Exquæſitum venire*. Stich.1.2.v.51.

*Exquirere*: Amph. 2.2.v.83. & 171.& Act.4.1.v.7.Pſeud. 1.3.v.157. & 1. 5. v. 35. Merc. 3.1. v.5. Mil. 2. 2. v. 91. Capt. 2.2. v.143. Ciſt. 4. 2. v. 161.& 2.3.v.32. Truc. 4.3.verſ.28. Rud. 2.2.v.24. Bacch. 4.4. v.70. Außtragen.

*Exquirere*: quærere.Perſ.4.3.v.17.& 4.4.v.56.64.

*Exquirere ab aliquo*. Caſ. 3.5.v.49.

*Exquirere ex aliquo*. Epid. 5.2. v. 30. Stich. 1.2.v.55.

*Exquirere rem argumentis*. Rud. 4.4. v. 136.

*Exquiſito* opus eſt.Amph.2.1.v.81.& 2.2.v.159.

*Exquiſitum eſt*, pro *certum eſt*. Capt. 3.4.v.105.

*Exſanguis* de timido. Aul. Arg. 2. v. 4.

*Exſcreare* cum dentibus linguam. Amph. Sc.*Tun' me*. v. 7. Aſin 1.1. v.27.

*Exſculpere* μεταφορικῶς ſicut & *extorquere* ab aliquo aliquid. Ciſt. 2,2.v.6.

*Exſcribere*.Rud.Prol.v.15.21.

*Exſequi*:pro,conſilium quod ſuſceperis perficere & perſequi. Alias pro *narrare*, narrationem continuare eius, ꝙ occeperis. Moſt. 3.2.v.17.

*Exſequi ærumnam*, perferre. Capt.2. 1.v.1.

*Exſecrabilis* anus. τραγικῶς. Ciſt.4. 1.v.1.

*Exſicare*: pro *exſecare*. vide *Sicare*.

*Exſilire* ex ædibus. Moſt. 5.1.v.17.

*Exſinceratum tergum*, eſt impuratū & cruentatū verberibus & plagis. Moſt.4.1.v.11.

*Exſoluere ſe periculo*. Bacch. 4.9.verſ. 41.

*Exſpectare* idem quod *ſpectare*, vt docuit *Ianus Gruterus* Doctor meus ad Senecam, quem videbis ſuis locis in Indice. Moſt. 1.3. v. 31. Eſt tamen Veneris quidam ſacerdos, qui ſub turpiculum & nequam vocabulum eſſe autumat. Nec mirum, inquit idem. Exſpectamus enim illum qui venire debet. At [illegible]*enire* amatorium eſt, & non nimis pudicum, & inde meo iudicio *Venus* dicta eſt.

Propert. lib. 2.

*— [illegible]ontendite amantes:*

*Sic hodie veniet, ſi qua negauit heri.*

Idem ad Amores ſuos.

*Aut ſi [illegible] [illegible]ura, nega: ſin eſt non dura Venito.*

Ad eoſdem:

*Mi formoſa ſatis, ſi modo ſæpe venis.*

Idem.

*Exſpectãs ſolum, ſola puella virum.*

In eadem ſententia reperi poſtea Gaſp. Scioppium lib. 4. Suſp. 1. Epiſt. 21. Ego verecundum Gruterum ſequor.

*Exſpectatione eſſe*. Stich. 2.2. v. 10.

*Exſpectatus*. Truc. 1.2. v. 82.

*Exſpes*. Merc. Arg. Sec. v. 13.

*Exſtat*: eſt. T[illegible]n. 2.4. v. 142.

*E[illegible]ſti[illegible]nt oculi*, quando lacrimas effundunt. Pſeu[illegible]. 1.3.2. v. 29.

*Exſ[illegible]nx[illegible]t*: exſtinxerit. Truc. 2.6. v. 43.

*Exſtruere menſas*. Men. 1.1. v. 25. vide *ſtruices*.

*Exſtruere*. certo ordine in altum exſtruere [illegible] vide *struic[illegible]s pat[illegible]arta*. Pſeud. [illegible] v. [illegible]9.

*Exſu[illegible]* [illegible] [illegible]erc 2.4. v. 6.

*Exſu[illegible]* [illegible] [illegible]ſeud [illegible].1. v. 2[illegible]3[illegible] [illegible]1.

*Exſurge[illegible]* [illegible] 3.

*Exſuſcitare*. Curc. 1.1. v. 91.

*Exſynceraſtus*. Pœn. 4.2. verſ. 64. per iocum.

*Exta*. Pſeud. 1.3. v. 31. Pœn. 5.4. verſ. 33.

*Exta*. Pœn. 3.6. v. 9. *Extu ſatur ſum factus probè.*

*Exta cocta* de reliquijs ſacrif. Herculis. Stich. 2.1. v. 96.

*Extaru aula*: vel *Extar*. olla in qua exta coquebantur. Rud. 1.2. verſ. 47.

*Extemplo*. Amph. 1.1. v. 52. & *ſæpe* alias apud Plautum. Varro lib. VI. L.L. *Extemplo eſt continuo, quod omne templum debet eſſe circumſeptum, nec plus quam vnum introitum habere.* Ad quæ verba Ioſephus Scaliger: *Extemplo* verbum eſt ſacrorum, ſicut *Ilicet* Iudiciorum. Vt enim pro dimiſſo ſenatu: ſic & illud ſacrificio patrato à præcone pronunciabatur. Quo ſignificabatur, vt exirent extemplo. Quod quia citò fiebat, inde pro citò & propere ſumi cœptum eſt. *Meurſius* ſic explicat: Nihil eſt aliud extemplo, quam Ilico aduerbium: quod è loco interpretantur Grammatici. Templum enim antiqui accipiebant pro loco patulo & conſpicuo, vel ex quo in omnes partes circumſpici poſſet: vt docet Feſtus in *contemplari*. Capt. 3.1. v. 24. & 3.4. v. 27. Caſ. Prol. v. 41. Ciſt. 1.3. v. 34. Epid. 3.2. v. 25. & 3.3. v. 42. Bacch. 2.3. v. 29. 57. 70. 128. & 3.3. v. 37. & 4.4. v. 35. & 4.5. v. 9. Merc. Pro[l]. v. 62. 68. Merc. 2.2. v. 24. M[i]l. 2.6. v. 95. & 3.3. v. 17. 59. & 2.6. v. 95. & 4.4. [v.] 40. 52. & 4.6. v. 20. Men. 2.2. v. 67. & [illegible] 2. v. 17. Moſt. 5.1. v. 17. 22. Pſeud. 3.2. v. 35. & [illegible]

1 4. Pœn. 3.3.v.38. & 3.4. v.26. & 4.2.v.28. Rud. 2.3. v.74. & 3.4.v. 26. & 3.5. v. 36.39. & 3.6. v. 32. & 4.3. v.40. Perſ. 1.3.v.41.84. Trin. 2.1. v. 16.& 3.2. v. 99 Truc. 1.1. v. 24. & 3.1.v.20. & 4.3.v.26.

*Extemplo & extempulo.* Curc. 1. 1. v. 80. Pœn. 1.1. verſ.21.55. Ciſt. 2.3. verſ 30. & 1.1. verſ. 99. Bacch. 4. 9. verſ. 44.& 53. Rud.4.2.verſ.22. Mil.2.5.v.51.

*Extemplo quum.* pro ſimulac.Bacch. 2.3.v.70. Moſt.1.2.verſ.18. *Quom extemplo.*

*Extentare*, contendere ſeu experiri, expromere, non à *tendo*, ſed *tento.* Bacch. 4. 2. v. 3. *Vires ſuas extentare.*

*Extendere ætatem.* viuere. Bacch.3.3. v.26.

*Exterebra.* pro terebello, quo aurum quaſi ex loculis exterebratur. Bacch. 4. 9.v.20.

*Exterebrare*: vi extorquere. Perſ. 2. 2.v. 54.

*Extergere.* Rud. 5.2.v.12.14.17. Men. 2.3.v.40.

*Extergere manus linteo.* Moſt. 1. 3. v. 109.

*Exterſui linteum.* hoc eſt, ad exterſum comparatum. Curc. 4.4. v.22.

*Extexere.* ἀλληγορικῶς pro *ſpoliare.* Bacch.2.3.verſ 5. vide etiam *Detexere.*

*Extimeſco.*Ciſt.2.3.v.9.

*Extollere* laudare. Moſt. 1. 3. verſ. 21.

*Extollere*: differre. Pœn.2.1.verſ.52. *Omnes res ſerias extollo ex hoc die in alium.*Mil.3.2.v.47.

*Extollere ædificium:* pro, *erigere.*Moſt. 1.2.v. 41.

*Extra*: Quod alias dicimus *Excepto hoc vel illo.* Mil. 2. 2. verſic. 6. *Extra vnum Palæſtrionem.*

*Extra* pro præter. Amph. 2.2.v.203. Mil.4.6.v.17.

*Extra preciam.* Pœn. 1.2.v.119.

*Extrudere*:dimittere.Merc.Arg.Sec. v.1.

*Extrudere domo ab ſe.* Merc. 2.3.verſ. 22.

*Extrudere* foras, qui iam intus eſt. Truc. 1. 1. v. 67. Pœn. 5. 4. v. 47. Mil. 4.1.v.30.

*Extumet vterus.* Truc. 1.2.v.96.

*Extundere* idem quod *impetrare.* Moſt. 1.3.v.64.

*Exturbare ex.* Trin.2.4.v.200.

*Exturbare foras.* Trin. 4. 3. verſic. 77.

*Exturbare ægritudinē ex animo.*Curc. 2 1.v.9.

*Exturbare.* funditus euertere. Moſt. 4. 3. v.38.

*Exturbare oculis & dentes.*Pœn.1.2.v. 169.

*Exugebo* ἐκχαίχωσ, pro *exugam. Non.* Epid.2.2.v.5.

*Exugere ſanguinem alicui*:fallere,decipere. Pœn.3.2.v.37.

*Exulatum ire.*Merc.5.4.v.20.

*Exulatum abire.*Curc.4.4.v.3.

*Exulatum abire*: de bonis quæ dilapidantur. Merc. Prol. verſic. 43.

*Exulatum aufugere ex pectore alicuius.* Pſeud. 4.3.v.18.

*Exunctum.* Trin. 2.4.v.5. *Exungere* eſt vnguentis abſumere rem ſuā apud myropolas.

*Exungi*: vel *Exungui.* Rud.2.7. verſ. 22.

*Exurgere*: exprimere.Rud.4.3.v.69. Cato: *Exurgeto ſuccum, quaſi heminam in pocillum fictile.* Turn. 2.6.v.2. vide Suet. Veſpaſ. cap. 16.

*Exuuiæ* ſunt ſpolia, quæ hoſti detrahun-

trahuntur.Epid.1.1.v.36. Men.1. 3.v.9.13.

*Exuuiæ bubulæ.* lori ex corio bubulo.Moſt.4.1.v.26. Lucret. *Spolia ferarum* dixit,pro pellibus.l.4.v. 60.& lib.5.v.956.

F.

*Faber architectuſque.* Mil. 3.3. v. 45.

*Faber*:artifex.Pœn.4.2.v.93.

*Faber ſe rarius*.Rud.2.6.v.4.

*Fabrè.* Pœn.3.1. verſ.74. Stich.4.1. verſ.64.

*Fabrê*:affabrê.Men.1.2.v.23.

*Fabrefacere fallaciam.* Caſ.5.1.v.8.

*Fabri.* μιζαφοϱικῶς de parentibus. Moſt.1.2.v.50.53.

*Fabrica* pro dolis, fallaciis. Bacch. 2.3.verſ.132. Epid. 5.2. verſ. 24. Mil.3.1. verſ.176. Pœn. 5.2.verſ. 139.

*Fabrica,fallaciaque*.Mil.3.3.v.2.

*Fabrica* μιζαφοϱικῶς. *Fabricas admanire.* artificiosê aliquid tentare. Ciſt.2.2.v.5.

*Fabricæ facetæ, & doli docti.* Mil.2. 1.verſ.69.

*Fabricor.* Deponentaliter de dolis. Aſin.1.1.v.89. Caſ.2.8. verſ.54. Bacch.4.4.v.42.

*Fabula.* Notat etiam rem geſtam. Perſ.5.2.v 11.

*Fabula.* de quauis narratione. Pſeud.2.4.v.64.

*Fabula* pro ſermone. Inde *fabulari.* Moſt.4.2.v.28.

*Fabulæ:* paruæ fabæ. Pœn.5.2.v.54. Stich.5.4.v.8.

*Fabulam tollere :* μιζαφοϱικῶς à parentibus, qui liberos ſuos tollunt vel abiiciunt. Mil. 2.3.v. 22.

*Fabulæ veteres.*Caſ.Prol.v.6.

*Fabulis occidere.*Men.5.5.v.23.

*Fabulas narrare.*Men.5.1.v.25.

*Fabulari*:loqui,colloqui. Amph.1. 1.v.46. & 143.& 2.2. verſ.66.& Sc.Di voſtram.v.13.Epid.1.1.ver. 42.& 44. & 2.2.verſ.53. Men.2. 2.v.49.& 5.1.v.41. Stich.4.2.v. 11.& 5.5.v.7. Ciſt.4.2.verſ.50.& 54.Rud.2.6.v.42. & 2.3.verſ.8.& 5.2.v.24.38. Trin.1.2.verſ.171.2. 4.v.60.& 3.2.v.85.95. Pſeud.1.1. verſ.60. & 4.7.verſ.48. Capt.3. 4.v.3. Bacch.3.4.verſ.13. Moſt.3. 1.verſ.70.Aſin.3.3.v.50.52. Truc. 4.3 verſ.56. Mil.2.4.v.18. & 3.3. v.51.& 2.5.v.14.33. Caſ.2.6. v.15. Merc.2.3.v.30. Pœn.1.2.v.24. & 1.3.v.32.

*Fabularier* paſſiuè pro dici. Amph. Sc.*Di voſtram*.v.3.

*Fabulari liberè*.Pœn.5.3.v.36.

*Fabulari rem*.Trin.2.4.v.102.

*Fabulari ψνà*.Pœn.3.4.v.8.

*Fabulari commodè.* loqui. Epid.4.1. verſ.25.

*Fabulari expeditè*.Men.1.2.v.63.

*Fac commentus ſies.* Hoc eſt, fac callidè excogitaueris. Amph.3.3. verſ.25.

*Face.* ἀϱχαϊκῶς. Aul.2.1.v.30.Trin. 1.2.v.37. & 3.3.verſ.71. & 4.3.v. 1. Truc.2.5. verſ.26. & 5.1.v.32. Perſ.1.3.v.66. &2.2.v.16. & 2.2. v.59.&3.1.verſ.70. Mil.2.3.verſ. 64.&74.&3.1.v.215.& 4.2.verſ. 43.Caſ.3.5.v.14.&3.5.v.64. Epid. 1.1.v.37.&2.2. verſ.118. & 4.1.v. 35.Pſeud.1.2.v.24. Ciſt.2.1. verſ. 27.Merc.2.4.verſ.30.Pœn.5.2.v. 75.Stich.2.1 verſ.31. Men.5.5.v. 43.45.& 5.7.v.25. Aſin.Prol.v.4 &1.1.v.77.

*Facere bona.* Pſeud.4.1.verſ.29. Caſ. 2.6.v.34.

*Facere.* σαπϱὸν Caſ.2.8.v.28.30.

*Facere*

*Facere* pro *ſacrificare*. Aſin.2.4.verſ. 89. Aul.4.2.v.15. Virgil. *cum faciam vitulâ*. Iunctum auferendi caſu. Abſolutè enim nunquam reperitur apud authores in hac ſignificatione.

*Facere* ſæpe abūdat. *Facito cogites*, h. e. Cogita Moſt.1.3.v.59. Sic Cic.4. ad Att. *Sed non faciam, vt enumerem miſeriat omnes*. Et lib.6. Epiſt.13. *Plane ita faciunt, vt me vnicè diligant*. Alibi: *Id dedi operam, vt ei quàm humaniſſime reſcriberem, h.e. reſcripſi*. Sic vſurpatur verbum *Poſſe*. Moſt.2.1.v. 40. *Potin' animo vt ſies quieto*, h.e. ſis animo quieto. Capt. Prol.v. 65 Caſ.5.2.v.22.

*Facere, feciſſe*: mori. Pœn. 5.1.v.25. *tum feciſſe aiunt, quod ſibi faciundum fuit*.

*Facere* elegantem formulam efficit iunctum ſubſtantiuis. Vt *Reuorſionem facere*. Bacch.2.3.verſ. 62. Rudente 3.1.v.7. *Aſcenſionem facere*. vide etiam *Habere*.

*Facere* pro *fingere*. Aſin.2.2.verſ.84. Pſeud. 2.3.v.8. Terent Adelph. *Facio te apud illum Deum*.

*Facere*: eſt verbum Dialogorum & Fabularū pro *repræſentare*. Bacch. Grex.v.3. Sic dicimus: *Plato Socratem in ſuis Dialogis loquentem facit*.

*Facere fieri*, generaliter poſitum pro ſpeciali aliquo negotio. *Nihil fit*, hoc eſt, non exſoluitur pecunia. Curc.5.3.v.5.

*Facere quin*: pro *impedire*. Mil.2.5. verſ 63. *Nunquam quiſquam faciet, quin ſoror iſta ſit germana huius*:

*Facere*: adiuuare. Pœn. 5.4.verſic. 36.

*Facere magis*: eſt magis conuenire. Amph.2.2.v.43. Sic Propert *Non faciet capiti aura corona meo*.

*Facere*: elegantem vſum habet, quando voluntatis formam exprimit, pro *ſimulare*, aſſimulare. vt in his: *Ferocē ſe facere*. Curc. 4.3.verſ.7. Moſt. 4.2.v.9. Caſ... *Ex templo faciebam me Magnificum*. Mil... *Scin' quid tu facias? Facito Faſtidij plenum*. Ibid. *Magnum me faciam nunc*. Sic apud Cicero.lib.15.Epiſt.18. *Itaque facio me alias res agere*. Idem de Nat.Deorum lib.1. *Plato facit mundum ædificari à Deo*. Idem de opt. gen. Orat. *Iſocratem Plato in Phædro laudari fecit à Socrate*. Idem pro Flacco. *Cum verò ſe locupletem facere, haberet nihil præter illam impudētiam, quam videtis*.

Sedigitus: *Poſt inſequi Licinium facio Attilium*.

*Facere*: pro Venereis vſurpatur. Pœn 3.3.verſ.44. Sic Seneca Epiſt.123. *Vna felicitas eſt bona vita facere, eſſe, bibere, frui patrimonio*.

*Facere parui*. Rud.3.3.v.35.

*Facere minoris, præquam*. Moſt.5.2. verſ.25.

*Facere magni, pluris, minoris*. Epid.5. 1.v.54. Caſ.Prol.v.2. Capt. 3.4. verſ 83.

*Facere* cum dandi caſu. *Neſcit quid faciat auro*. Bacch. 2.3.verſ.100. Niſi ellipſin præpoſitiones ſubaudias. Mil.2.2.v.13. *Nihili facio, quid illis faciat cæteris*.

*Facere DIs*: ſacrificare. Rud. 3. 4. verſ.4.

*Facere* & *Fieri* cum tertio & quarto caſu conſtruitur eleganter. *Quid mihi fiet?* Moſt.3.2.verſicul. 90.

*Facete*

*Facere clamorem, conuitium.* Bacch. 4.8.verſ.33.

*Facere facinus.* Mil.2.3.v.38.

*Facere gratiam profectò.* Vide litt. P.

*Facere flagitium*, eſt perpetrare rem dedecoris plenam. Aſin. 5.2. verſ.3.

*Facere verbum.* Aſin.4.1.v.47.

*Facere flentem:* vt quis fleat. Amph. 2.2.v.96.Pſeud.4.4.v.4.

*Facere, fieri* cum auferendi caſu eleganter vſurpatur Capt. 5.1.v. 32... vl.4. o. verſ. Moſt.1.3. verſ. 65.& 1.4. verſ.32. & 3.1. verſ.101. Mil.2.3.verſ.28.& 4.1.v.26.& 4. 3.verſ.1. Caſ.5.4.v.6.9. & 5.3. v.1. Capt.5.1.verſ.32. Epid.1.2. verſ. 48.& 5.2.v 42. Pſeud.1.1.verſ.86. Pœn.1.1.v.39. Non aliter vſurpat Terentius & Cicero. vide. *Agere* & *Me.*

*Facere* pro *conciliare.* Moſt.2.1. verſ. 42 Mil. 2.1. verſ.71. Pſeud. 4.6. verſ.38.

*Facere male.* eſſe cauſam alicuius mali. Moſt. 3.2. verſ.22.Bacch.3. 6.v.21.25.

*Facere.* Curare, operam dare. Lugen/zuſehen Bacch.5.2. verſ. 34. Pſeud. 4.6. verſ. 38. & 1.2. v.33. 44.48.56.& 1.3. verſ.7.& 1.5.66. 100.

*Facere aliquo.* vide *Agere.*

*Facere iniquè erga aliquem.* Caſ.3.4. verſ.27.

*Facere male.* Capt.5.1.v.23.

*Facito ſis.* Pœn.5.2.v.124. Trin.2.4. v.84.

*Faciam ſit.* Eueniet. vt ſit &c. Aul.3. 5.v.20.

*Faceſſere aliquid.* Men.2.1.v.24.

*Faceſſere rem.* Rud.4.4.v.17.

*Facetè verba dare.* Men.1. 2.v.22.

*Facetiæ eſt.* Das iſt ein Luſt. Stich. 5.4.v.47.

*Facetias facere.* Stich.5.2.v.7.

*Facetiis fluere.* Mil.4.8.v.12.

*Facetum eſſe*: iocari. Perſ.5.2.verſ. 26.

*Facetus & εὐφυικῶς* Ciſt.2.1.v.15.

*Facetus.* Non tantùm de ſermone dicitur, ſed etiam ad alias res transfertur. Moſt.1.1.verſ.43. *Faceti victus.*

*Faciem & Dicem* pro *faciam & dicam.* ἀρχαϊκῶς teſte Quintiliano.Aſin.3.3.v.137.

*Facies* pro totius corporis colorisque habitu ponitur, à *faciendo*, vt vult Agellius. l.13.c.28. Aſin. 2.3 v.19.Pœn.5.2.v.151.

*Facies:* pro modo, formà. *Ad iſtam faciem.* Ciſt.1.1.v.73.Rud. 4.4.v. 105.Merc.2.3.v.91.92. Sic eſt, qui eâdem facie explicet illud Propertij lib.. .Eleg.17.

*Credo ego non paucos iſtâ periiſſe figura.*

*Facies concinna.* Perſ.4.3.v.77.

*Facies Illyrica.* Trin.4 2.v.10.

*Facies (citala.* Rud.2.5.v.7.

*Facies ſtrenua.* Rud.2.2.v.8.

*Facile* pro *facilus ignis.* Trin.3.2.v.63. *facile eſt inuentu ignis.*

*Facile:* eſt *lautè*, atque ex ſententia. Curc.5.2.verſ.6. Epid.2.2. verſ. 59.Contrariũ eſt. *Malè aut miſerè viuere*, apud Horatium & Ouidium.

*Facile nouiſſe* pro *familiariter.* Epid. 3.4.v.72.

*Facile palmam habet.* Trin.3.2.verſ. 80.

*Facinus:* factum γενικῶς. Mil. 2.4.v. 24.& 2.5.v.8. Rud.1.2.v.73. & 2. 3.v.62.

*Facinora baſilica.* Trin.4.3.v.23.

*Facinus humanum factu.* Truc.2.1. verſ.8.

*Facinus conducibile.* Bacch.1.1.v.18.

*Facinus feſtiuum*.Pœn.5.2.v.126.
*Facinus immune*.Trin.1.1.v.2.&2.4 verſ.61.
*Facinora immortalia*. Moſt.3.2.verſ. 91.
*Facinus indignum & malum*. Men.5. 7.v.15.
*Facinus lepidum*.Pœn.4.2.v.79.
*Facinus mirum & magnum facere.* Pſeud.1.5.v.97. Attius in Bruto: *Malo contueri maximà & mirificum facinus.*
*Facinus nouum, natum hîc, &c.* Mil. 2.3.v.10.
*Facinora puerilia*.Mil.3.1.v.23.
*Facinus pulcrum, probum, lepidum, luculentum*.Men.1.2.v.23.32.
*Facinora aperiuntur.* Truc. 4.3.v.21.
*Facinus edere:* facere, &c. Mil.1.1. v.150.
*Facinus facere*.Bacch.4.4.v.2.
*Facinus incipiſtis*.Trin.4.2.v.42.
*Facla:* facula κατὰ συγκοπήν. Trin.4. 2.v.45.
*Facta* pro *reipſa*.Moſt.1.3.v.42.
*Facta infecta facere*.Truc.4.2.v.17.
*Factio*.factum, ſed graue, & intolerabile.Bacch.4.8.v.2.
*Factiones* pro nobilitate & opulentiâ.*Non*.Aul.2.1.v.45.
*Factio* conſpiratio.Rud.5.3.v.15.
*Factio* pro diuitiis. Ciſt.2.1.verſ.16. Inde.
*Factioſus* opibus & bonis fortunæ Affluens.Aul.2.2.v.50.Trin.2.4. v.51.66.90.96.
*Factioſus linguâ*, dicitur is, qui quidem multa facit, vel multa ſe facturum promittit, ſed operâ, hoc eſt, reipſa iners eſt ad præſtandam operam. Bacch.3.6.v. 13.Sic Salluſt. ad Cæſar. *Quorum omnis vis virtusque in linguà ſita eſt.* Tacitus etiam eleganter explicat lib.1. Hiſtor. *Ignauiſſimus quiſque, & in periculo minimum auſurus, nimij verbis, in lingua feroces.*
*Facto:* facere geſtio.Merc.Prol.v.95.
*Facto obediens*.Mil.3.1.v.210.
*Facto dicto lædere*.Capt.2.2.v.53.
*Facto gaudere*.Pœn.1.1.v.69.
*Factu perſequi*.Merc.3.2.v.11.
*Factis*.reipsâ.Bacch.4.4.v.53.
*Factis* ſeorſum eſt *reipsâ*. Caſ.3.5. verſ.4.
*Factor*.ambiguè.Curc.2.3.v.28.
*Facto:* facio. Nihil quicquam operis facto.Truc.5.1.v.23.
*Factu æquum eſt*.Truc.2.1.v.12.
*Facto opus*.Merc. 3.3.v.4. Pœn.1.2. verſ.106.
*Factum gaudeo.* dicebant, cum eos facti non pœniteret. Moſt.5.2. v.26.*Bene factum & factũ gaudeo.*
*Factum eſt biennium poſtquam*.Merc. Prol.v.12.
*Factum optimè*. Gratulandi formula.Moſt.2.2.v.19. Nam in rebus lætis *Factum bene:* in aduerſis *Factum male* exclamare ſolebant. Moſt.2.2.v.27.Cicero. *O factum male de Alexione*. Quod volgo dicimus: *Non libenter intellexi.* Jch höre es nicht gern. Catul. *o factum male, o malæ tenebræ.*
*Factum bene*. Et formulà. Pſeud.4. 6.v.37.Pœn.5.5.v.47.
*Factum volo*. Comica formula, quâ promtitudinem noſtram ad aliquid efficiendum declaramus. Bacch.3.3.v.91.
*Factum mirum:* bonum factum boni ominis vox. Merc.3.3.v.17.
*Factum meo nepote*. Notanda ſyntaxis.Truc.4.3 v.16.26.Mil.4.2. v.26.
*Factum eſt cùm*.Trin.4.3.v.3.
*Factum eſt iamdiu*. Es iſt ſchon lang. Perſ.5.2.v.41.

*Factum*

*Factum eſt eo:* Trin.2.4.v.4.

*Facula lucrifica.* ἀλλη γοεικῶς facultas lucrum faciendi. Perſ.4.3.v.46. Sic Curcul... *Lucere cereum* dixit.

*Facunditas arguta.* Truc.2.6.verſ.13

*Facundus callide.* Merc.Prol.v.35.

*Fala* ſunt turres ligneæ, ex quibus oppugnatio fieri ſolita. Moſt.2.1.verſ.10. De his videndus Lipſius lib.1. Elect.cap.2. Et in Poliorc.lib.5 cap.5. Itemque Stevvech ad Veget. μεζαφορικῶς de fallacia vſurpari quoque ſolet.Apud.Nonium. *Me non vocauit:ob eam rem hanc feci falam.*

*Fallacia & dolus.* Pſeud.2.4.verſ.15.

*Fallacia aſtuta.* Caſ.5.1.v.6. Truc.4.4.verſ.39.

*Fallacia falſidica ſceleſta.* Capt.3.5.verſ.13.

*Fallacia compoſita eſt.* Pœn.3.5.v.29.

*Fallaciam ſerere.* Pœn.1.1.v.67.

*Fallere.* Eleganter dicitur *nos aliquid fallere*, quod non perſentiſcimus, nõ intelligimus. Bacch.2.3.v.64. *Non me feſellit.*

*Fallere docte.* Bacch.4.4.v.43.

*Falli ſermonis* Epid.2.2.v.55. Sic Apuleius dixit *curare corporis*, & *curare interfectæ virginitatis*. Eſt enim helleniſmus.

*Fallificus.* Mil.2.2.v.36.

*Falſi iniurius.* Mil.2.2.v.36.

*Falſimonia* : vt *ægrimonia*, *querimonia*, *ſanctimonia*, &c. Bacch.3.6.verſ.12.

*Falſiloquus.* Mil.2.2.v.36.

*Falſiloquus rerum.* Capt.2.2.v.14.

*Falſidicus confidens.* Trin.3.3.verſ.40.

*Falſus* : pro *ſimulatus*. Capt.3.4.verſ.78.

*Fulſus incertuſque ſum.* Truc.4.3.verſ.11.

*Falſus ſum.* Aul.2.1.verſ.4. Men.5.2.verſ.3.

*Falſus falſimoniis.* qui falſus eſt ſimulator & diſſimulator. Bacch.3.6.v.12.

*Fama bona.* Moſt.1.3.v.71.

*Famâ differre* : malis ſermonibus differre. Trin.3.2.v.63.

*Famam tradere poſteris.* Trin.3.2.verſ.16.

*Famam lepidam addere familiæ* : εἰρωνικῶς. Trin.2.2.v.98.

*Fame mori.* Stich.4.2.v.57. Depugnare cum fame Ibid. verſu.47.

*Fame iugulare.* Stich.4.2.v.3.

*Fames exſtinguit.* Truc.2.6.v.43.

*Fames* occidere dicitur eum qui alterius præſidio non amplius fruitur. Pſeud.1.3.v.115.

*Fames fera.* Aſin.2.v.19.

*Famelica natio.* Rud.2.2.v.6.

*Famelicus.* Caſ.1.1.v.42. Stich.4.1.verſ.69.

*Famiſeratio.* Idem quod *famigeratio*. Trin.3.2.verſ.66. Onomaſticum Græcolatinum : Fama, φάτις. fama φήμη ἀγγελιαφόρος famigerabilis. διαβόητος famigerator, διαφημιστής: famigero διαφημίζω. famoſus; ἐπίφημος.

*Famigeratores* : qui rumores ſpargunt. Trin.1.2.v.178.182.

*Familia*: de ſeruis, qui inde familiares dicti. Vlp.lib.1.ff. de vi & armat.& lib.25.§.1.lib.31.§.1d Pædius.ff.de ædil.ed. Vide Briſſon.in Lex.Iurid.Caluini Pag.757. Hinc *ſerui familiares* Epid.1.1.verſ.2. Senecam vide lib.6.Ep.47. Et ibi animaduerſiones Gruteri noſtri.

*Familia* de domeſticis. Pſeud.1.3.verſ.39.

*Fam*

*Familiæ*: de familia hiſtrionum:ſicur familia gladiatorum. Menæ. Pro..v.74.
*Familia ·cnonix.* Pœn.4.2.v.48.
*Familia luculenta.* Ciſt.2.3.v 18.
*Familiaris.* Truc 3 1 v.21
*Familiares* fere ſerui domeſtici dicuntur. Moſt.2.2.v.11. vide *Familia.*
*Familiares* : domeſtici è familia. Amph.1.1.v.... Aſinar.2.2.v.1 43. 53.& 3.3.ver.154. Mil.2.2.verſ.18. 27.·07. Merc.Prol.v.70.Pſeud. 3.2.v.·13.
*Familiaris ager.* Aſin.5.2.v.24.
*Familiarem rem curare.* Stich.1.2. v.88.
*Familiaris amictus.* Trin.1.2.v.52.
*Familiaris mæror.* vide litt. M.
*Familiaris vita.* Perſ.1.3.v.46.
*Familiariter prædicare.* Trinum.2.2. v.54.
*Fameſa*: nomen ancillæ. Milit.3.1. v.201.
*Famoſus* παθητικῶς. Aſin.5 2.v.26.
*Famuli improbi.* Caſ.5.3.v.10.
*Fanum Veneris.* Pœnul.4.1.verſ.5. Ruden.1.4 verſ.34.&1.5.v.12. & Prol.v.61 &1.2.v 6.40.& 2.7. v.2.6.12.& 2.2.ver.3.& 2.3.verſ.1. 4.& 3.2.verſ.30.& 3.1.ver.21.& 3. 2.v.8.
*Fanũ Herculis, Veneris.* Rud.3.5.v.42.
*Fana c·r. uirc.* Rud.1.2.v.52.
*Farferi folia.* Pœnul.2.1.v.32. *Farferum* eſt genus virgulti. Videndus Turneb.l.15.c.7. Alii *Farfarum* fluuium dicunt eſſe, circa quem frequentiſſimæ arbores & vmbra gratiſſimæ. Inde Ouid.
— *& amœna Farfarus vmbra.*
*Farina.* Truc.5.1.v.14.
*Fartores.* Truc.1.2.v.12.
*Fartum veſtis* de homine. Moſt.1.3. v.13 Propriè de iſiciis dicitur, & quibus farcimina fiunt.
*Fa· u.ſque.* Ciſt.1.1.v.22.
*Fas habet quò*: hoc cauere aut facere vult, vi. Trin.2.2.v.11.
*Fasces v. minei virgarum* erant bacilli tere·es ex vlmo præcipuè loro colligati in modum faſcis. Epid.1.1.v.26.
*Faſcia.* Truc.5.1.v.13.
*Faſtidii plenum ſe facere.* Milit.4.2. v.43.
*Faſt·di e* abſolutè, pro faſtidioſum & ſuperbum eſſe. Moſt.4.2.v.4. Bacch.2.3.v.99.Curcul.5.2.v.34. Men.1.2.v.58.
*Faſt d·re:* a pernari, contemnere. Et quidem abſolutè poſitum. Cap. 4.2.v.57.
*F· idire aliquid.* Stich.5.4.v.34.
*Faſtidi· ſus.* Milit.4.6.v.18. Rud.2.3. v.42.
*Faſtidire ali· uius*: eſt faciē ſuam ab a'iquo velut igno o vel indigno auertere. Aul.. 2 v.67. Stich.2.3. v.9. Lucil. *Triſtes, difficiles, ſumu' faſtidiu' bonorum.*
*Fata* pro iis, quæ fatum portēdunt. Bacch.4.9.v.27.
*Fata*, pro morte. Bacch.1.2.v.48.
*Fata Ilij tria.* Bacch.4 9.v.29.
*Fatigare* moleſtu eſſe. Ciſt.4.2.v.12.
*Fatum.* Bacch.5.1.v.2.
*Fauces lippiunt fame.* Curc.2.3.v.39. vide litt. I.
*Faucibus plenis.* Stich.3.2.v.16.
*Fauonius ſerenus*, hoc eſt, ſiccus. Merc.5.2.v 35. vide Giſan. Lucri *Sereſcere.*
*Faxem*: feciſſem. Pſeud.1.5.v.84.
*Faxim.* Amph.1.3.v.13. Aul.3.2.v.6. & 3.5.verſ.20. Capt.Pro og.v.65. Tri.1.2.v.185. *Faxim fiet*, hoc eſt, *eueniat.* vide *Siet.* Perſ.1.2.v.21. Pœn.5.2.v.31.133.
*Faxis.* Capt.1.2.verſ.15.& 3.5.v.17.

Moſt.3.2.v.124.& 5.1.v.66.Mil.3.1.v.29.& 4.8.v.62.Rud.4.4.v.74. Stich.4.1.v.30.

*Faxit*,fecerit. Caſ.Grex.v.5.Caſ 3.5. v.6.Truc.5.1.v.43.Pſeud.4.1.v.16. Men.5.2.v.108. Moſt.2.1.v.51.

*Faximus*. Truc.1.6.v.40.43.

*Faxint*.Capt.1.2.v.63.Ciſt.2.1.v.46. Moſt. 2.2.v.33. Pœn.5.4.v.36.55.

*Faxo*. Curc.4 4.v.31. Faxo reperias elegans forma, Plauto ſæpius frequentata. Amph.2.1.v.42. & 3.4.v.14. & Sc.*Tun' me*.v.2. Aſin. 3.3.v.22. & 4.1.v.14.Aul.3.5.v.20. Capt.Prol.v.65. Perſ.1.2.v.21. & 3.v.34. Bacchid.4.4.v.64. & 4.7. v.33.& 4.8.v.7.23. Epid.1.2.v.53. & 3.4.v.37.& 5.1.verſ.49.& 5.2.v. 46. Pœn.1.1.v.34.45. & 1.2.v.133. 158. & 4.2.v.86.89. & 5.3. v.54. & 5.4. v.18. Moſtell.1.1. v.65. & 5.2. v.13. Pſeud.1 1. v. 47. & 1.3. v.158. & 1.5.v.19. & 4.1.v.39. & 4.4.v.2. 6. & 5.2. v. 29. Rud 2.3.v. 47. & 2.7.verſ.20. & 3.5. verſ.21. & 5.2. v. 64. Menæch. 1.2. v.3. & 2.1. v. 51. & 3.2. v.3.55. & 4.1. v.4. & 4.2. v.80. 97. & 5.2. v. 40. & 5.5. v.53. Truc.1.2.v.20. & 2.4. v.74. & 2. 8.v.13.& 4.2.v.48. Trin.1.2.v.22. 24.& 4.2.v.40.

*Faxo* interdum iungitur futuro. Aſinar.4.1.verſ.4.Pœnul.1.1.verſ. 34.45.

*Factitare*. Bacch.2.2.v.18. Epid.3.4. v.21.

*Febris* pro re moleſta. Pſeudol.2.2. v.48.

*Febri laborare* pro *delirare* ponebant veteres. Curc.1.1. v.17. Sic apud Cic.lib.7.Epiſt.fam. *Quia febrim non haberem* Et ad Tiron. *Is nuntiauit te planè febri carere*.Idem ad Att. *Qua tanta carere, & quartanam deceſſiſſe*.

*Fecundus* cum auferendi caſu. Ciſt 1.1.v.71. Sic Virg.

— *Quacunque eſt fertilis igni.*

*Fel*. Pœn.1.2. v.182.

*In Felle corda*. Truc.1.2.v.76.

*Feles Virginaria* dicitur leno à rapacitate felium.Perſ.4.9.v.14.Rud. 3.4.v.42. Sic Lucill. à pueris rapiendis felem pullariam dixit:

*Quis Marcus? feles nuper pullaria dictus,*
*Corrupit totum qui puerile ſecus.*

*Felix,fauſtum,fortunatum & bonum.* Formula boni ominis. Trinum. 1.2.v.3.

*Femina bona*. Ciſt.4.2. v.39.

*Femina lepida,nitida*. Mil.4.2.v.12.

*Femina luculenta & feſtiua*. Mil.4.1. v.12.

*Femina* eadem ſunt quæ femora: non igitur hæc confundenda cũ fluminibus. Aſin.2.2.verſ.73.

*Femina ſumma*: femora. Pſeud. 4.7. v.92.

*Femur icere*. Trucul. 2. 7. v.41. *Indignari*.

*Feneſtra illuſtres*. Rud.1.1.v.6.

*Feneſtra* pro carcere ſeu feneſtra ergaſtulari: de qua diffuſe Lipſius lib.2. Elect. c. 15. pag.53. Caſ.1.1. v. 44.

*Feniculum*. Pſeud.3.2 v.25.

*Fenori ſumere argentum* Moſtell.5.2. v.19.

*Fenore ſumere*. Epid.1. 1. v. 51. & 1.2. v.12.& 2.2. v. 67.

*Ferentarius amicus*: qui repentè opem fert. Trinum.2.4. v.55. vide Turn.lib.23.17.

*Feria & feſtus dies* in blanditiis amatum. Caſ.... Epid.3.4. v.37.

*Feriæ eſuriales*. vide litt. E.

*Ferias ſedere*, eſt otioſe feriari. Epid. 3.4.v.37. vide *Reſidere*.

*Feriatum* dicitur etiam de eo, quod non

non eſt in crebro exercitio. Mil. 1.1.v.7. *Mœchara feriata.*

*Feriatus.* otioſus. Mil. 2. 2. verſ. 62. Vbi tamen neſcio quomodo nunc arridet potius præ Lipſiana, illa quam ex Mſſ. effinxerunt. Cum enim illi habent *anheriatus veſtis*, belle admodum commentus quidem eſt, *an heri artus neſcis?* Probo: & placuit illa eadem nuper optimo Poëtarum Theodoro Rhodio, quando mecum de hoc loco ſuauiter fabulabatur. Nimirum ſerui herorum pugnos probè norunt. Curc. 5.3.v.47.

*Ferire munere.* multare. Trin.2.1. v. 19. Ter.Phorm.1.1. *Geta ferietur alio munere.*

*Ferire* nequiori ſenſu. Bacchid. 5.2. v. 54.

*Fermentum* pro *ira*. Caſin.2.5.v.17. Mer.5.3.v.14 Inde Phraſis, *In fermento iacere*, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι, θυμοῦσθαι, φλεγμαίνειν. ὑπὸ χολῆς. Hebræi quoque dicunt fermentare pro ira turgere & βιάζεσθαι, vt Pſal. 73.21. יתחמץ in hithpael à חמץ excandeſcet cor meum.

*Ferox* in laude ferè ponitur. Amph. 1.1. v.58.81.

Horat.lib.1.Od.15.

*—nequicquã Veneris præſidio ferox.* lib.1.Od.32. de Alcæo. *Qui ferox bello.* lib. 1. Od. 35. *Latium ferox.* lib.1. Od. 37. *Deliberatâ morte ferocior.* lib. 2. Od. 5. *Currit enim ferox ætas.* l.3. Od. 2. *Parthos feroces vexet eques.* lib.3. Od.3. *Roma ferox.* lib.4. Od.2. *Feroces Sicambros.* lib. 4. Od. 4. *feroces aquilæ.* lib. 4. Od. 9. *ferox Hector.* de arte poetic. *Medea ferox inuictaque.* Cicero Philipp. 2. *Primo reſpondiſti plane ferociter: & ne omnia videar contra te dicere: propemodum æqua & iuſta dicebas.* Ibidem: *Sunt autem fortes illi quidem: ſed propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro populi Romani libertate, & ſalute Reipublicæ, nimis feroces, & ad ſuam vim omnia noſtra conſilia reuocantes.* Ad Atticum libro 10. *Indulſit illi quidem ſuus pater ſemper: ſed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum: ferocem fortaſſe, & arrogantem & infeſtum facit.* Epiſtol.Famil. libro 4. ad M.Marcellum; *ſed miſerius nihil, quam ipſa victoria: quæ etiamſi ad meliores venit: tamẽ eos ipſos ferociores impotẽtioreſq; reddit.*

Virg.Æneid.1.

*Bellum ingens geret Italia populoſque feroces Contundet —*

& lib.4. *Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.*

T.Liuius l.24. *Legatiſq; Syracuſanorum de cæde ſtationis Romanorũ querentibus, ferociter reſponſum eſt.* Salluſt. de bello Iugurthino: *Sed Hiempſal qui minimus ex illis erat, natura ferox, & iam antea ignobilitatem Iugurthæ deſpiciens.* Idem ibidem: *Vt ille qui nunc ſceleribus ſuis ferox atque præclarus eſt.* Liuius lib.1. *Paſtor accola eius loci nomine Catus ferox viribus.* Ibid. *In eum hæc gloriantem cum globo ferociſſimorum iuuenum Romulus impetum facit.* Hæc iſta Lambinus communicauit nobis. Interdum tamen pro ſuperbo ſumitur & elato animo. Aſin.2.4 v.61.

*Ferox forma.* Mil.4.9.v 13.

*Ferox*, elatus, ſuperbus. Menæ. 5.2. v.17.

*Ferox.* inſanus. Rud.3.1.v.14.

*Ferox animum.* Mil.4.8.v.13.

*Ferocem ſe facere*, eſt iactabūdè gloriari. Curc. 4. 3. v. 7. *Moſt.* 4. 2. v. 9. vide *Facere*.

*Fero ia*, pro *ſuperbia*. Epid. 5. 2. v. 44.

*Ferramenta* Rud. 2. 4. v. 19.

*Ferratus*, pro *ferreis catenis vinctus*. Bacch. 4. 6. v. 11.

*Ferratile genus*. Sic ſerui appellātur ergaſtularii. *Moſtell.* 1. 1. v. 17. De quibus videndum Electa politiſſimi Lipſii lib. 2. c. 15.

*Ferre*, pro *adferre*. Bacch. 2. 3. v. 94.

*Ferre, in animo habere*. Cap. 5 2 v. 11.

*Ferre*, pro *proferre*. Pſeud. 2. 4. v. 75. ferre fallaciam.

*Ferre*, pro *auferre*. Capt 5. 2. v. 11.

*Ferre manus aliquò*. Bacch. 3. 3. v. 76. 78.

*Ferre*, pro *accipere*. Mercat. 2. 3. v. 106.

*Ferri*, φέρεσθαι, pro *vexari* Ciſtel. 2. 1. v. 5.

*Ferritribaces*: fictè & ridiculè dicit Plautus à ferro terendo, de iis, qui vt plurimum vinculis ferreis compediti ſunt. *Moſt.* 2. 1. v. 9.

*Ferri foras*, funebris formula, efferri ad ſepulchrum. vide Phil. *Funeris*. Aul. 2. 1. v. 34.

*Ferriteri*. Trinum. 4. 3. v. 14. de ſeruis fictè: quod ferrum terant. Alibi, *Ferritribæ*, & *genus ferratile*: & *ferriteruium* vel *ferriterium* in *Moſtellaria*.

*Ferriterium* locus eſt, vbi ferrum teritur, ſeu carcer, vbi ferreæ compedes teruntur. *Moſtell.* 3. 2. verſ. 56. Eum qui in *ferriterio*. *Moſtel.* 2. 1. verſ. 9. vocat *Ferritribacem*. Sic *Sphæriſterium* formant Grammatici.

*Ferrugineum palliolum*. *Mil.* 4. 4. v 43. h. e. cæruleum. Gloſſæ: Ferrugo: πορφύρα μέλαινα. Titinnius *cumnitlens colorem* vocat.

*Ferrum forte*. Pœn. 3 5. v. 6.

*Fertum*: eſt lauti ſacrificii, & libi quoddam genus, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine altero genere libi, quod qui ferebāt, *ſtrueſertarii* dicti. Am. 2. 2. v. 144.

*Ferueſacere*. Pſeud. 3. 2. v. 44.

*Feruens flagris*. Amph. 4. 2. v. 10.

*Feſtiua virgo*. Epid. 5. 1. v. 17.

*Feſtiuè accipi* Pſeud 5. 1 v. 9.

*Feſtiuitas*, in blanditiis amantum. Caſ. 1... v. 47 & 3. 3 v. 14. Pœn. 1. 2. v. 176.

*Feſtuca* eſt virga Prætoris manumittendis à lictore imponi ſolita. *Mil.* 4. 1. verſ. 15. Eadem dicta *Vindicta*, quam Iuriſconſulti ſic explicant: ΒΕΝΔΙΚΤΑ ἡ ῥάβδος μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τὴν τοῦ ἐλευθερουμένου κεφαλὴν παιών φάσκοντες: φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην ῥωμαῖον. Vide alia apud Iuriſconſultos, & inprimis Lexicon doctiſſimi viri Iohannis Caluini amici noſtri.

*Feſtum diem habere hilarem*. Pœn. 5. 6. v. 30.

*Feſtus dies*. Pœn. 5. 3. v. 14.

*Feſtus dies*, eius, ſuus. Pœn. 4. 2. v. 26.

*Feſtus dies* in blanditiis amantum. Caſ. 1. 1. v. 49.

*Feſtus dies non ſordet*. Pœn. 5. 4. v. 7.

*Fiſi*. Sic abigebantur fœtidi. Caſ. 5. 6. v. 7.

*Fi* Imperandi modo à fio. Curc. 1. 1. v. 87.

Horat. lib. 2. Satyr. 5. v. 85.

—— *Fi cognitor ipſe*.

Sic *fite*. Curcul. 1. 3. v. 63. Pœnul. Prol. v. 8.

*Fiat*, eleganter pro *faciam*. Moſt. 4. 3. v. 44. Et eſt Hebraiſmus, *Pſal.* 40. verſ. vlt.

*Fite-*

*Fitote*. Amph. Sc. *Quis tam*. v. 59.
*Ficedulæ* vicus Romanus. Capt. 1. 2. v. 54.
*Fictura*. Trin. 2. 2. v. 84.
*Fictiles epiſtolæ literatæ*. Pœn. 4. 2. v. 14. vide hic Taubm.
*Ficta mulier*: *inficta*. Stich. 5. 5. v. 4.
*Fictor malus*. Trin. 2. 2. v. 83. *Probus*. v. 84.
*Fictum*, pro formatum, effigiatum. *Non*. Aſin. 1. 3. v. 22.
*Ficulæ*: paruæ ficus Stich. 5. 4. verſ. 8. Pœn. 5. 2. v. 54.
*Ficus arida*. Rud. 3. 4. v. 58.
*Ficus Zacyntho*: h. e. Zacynthiæ. Merc. 5. 2. v. 102.
*Fides* pro *perfidia* Moſt. 2. 2. v. 68. Ita enim ex Mſſ. Camerario-Palatinis dixi legendum eum locum, non *perfide*, vt maluit is, qui pætis oculis inſpexit illos codices. Sic quoque vſurpat Liuius li. 2. *Cuius ad ſolennes ludoſque, per fas ac fidem decepti veniſſet* Val. Max. lib. 9. cap. 2. *Quatuor legiones contrariæ partis, fide ſuam ſecutas, &c.* Tacitus lib. 4. Hiſt. *Quærente ſane ciuile & increpante Germanos, tamquam fidem per ſcelus abrumperent*. Ado Vieñenſis in Chron. *Heruſq; à Ranulpho præfato per fidem deceptus eſt.*
*Fides*. *μετωνυμικῶς*. pro cithara. Epid. 3. 4. v. 41. 81.
*Fides* appellatiuè de Dea Fidei. Aul. 4. 2. v. 14. Caſ. Prol. v. 2.
*Fides* nomine proprio. Caſ. Prol. v. 2
*Fides* Deorum. Ciſt. 4. 1. v. 11.
*Fides* Deorum. Moſt. 1. 1. v. 74. *obſecro voſtram fidem.*
*Fides argenti*. Perſ. 5. 2. v. 8. *Fidem non habui argenti*: nolui ei credere argentum. Mira Syntaxis.
*Fides ſubleſta*. Perſ. 3. 1. v. 20.
*Fides parua*. Pſeud. 1. 5. v. 52.
*Fides herilis*: pro ſeruo qui hero fidelis. Perſ. 2. 2. v. 11.
*Fides via*. Capt. 2. 2. v. 99.
*Fides Deûm atq; hominum*. Men. 5. 7. v. 10. & 5. 8. v. 4.
*Fides ſubleſta*. vide litt. S.
*Fides muliebris*: fluxa ſubleſta. Mil. 2. 5. v. 46.
*Fides lenonia*. Rud. 5. 3. v. 3.
*Fides ſtare* eleganter dicitur. Pſeud. 1. 5. v. 62. Sic Cicero pro lege Manilia dixit *Fidem concidiſſe*. vide *Furcillare*.
*Fides & fiducia*. Trin. 1. 2. v. 80. 105.
*Fides fidelitaſq;*. Trin. 5. 2. v. 2.
*Fides Deûm atq; hominum*. Curc. 5. 3. v. 16.
*Fides ſolida & perpetua*. Merc. 2. 3. v. 44.
*Fides* pro *crudelitate*. Ciſt. 5. 2. v. 96.
*Fide* pro *fidei*. ἀρχαϊκῶς. Aul. 4. 6. v. 1. Perſ. 2. 2. v. 62. vide Agell. lib. 9. cap. 14.
*Fide bona*. Forma iurandi. Capt. 4. 2. v. 110. Moſt. 3. 1. v. 136. Pſeud. 4. 6. v. 33.
*Fide forma eſſe*. Mil. 4. 2. v. 24.
*Fidem fluxam gerere*. Capt. 2. 3. v. 79.
*Fidem perdere cum aliquo*. Pſeud. 1. 3. v. 141.
*Fidem firmatam dare*. Mil 2. 5. v. 43.
*Fidem furcillare* vide *Furillare*.
*Fidem male ſeruare*. Trin. 4. 3. v. 41. *Abrogare*. verſ. 41.
*Fidem ſeruare*. Pſeud. 1. 5. v. 104.
*Fidem & rem perdere*. Curc. 4. 2. v. 18.
*Fidei fanum*. Aul. 3. 6. v. 46
*Fidei non melius creditur*. Pœn. 4. 2. v. 68.
*Fidei malæ adoleſcens*. Trin. 1. 2. v. 91.
*Fidelis*, *fidus*. Trin. 4. 4. v. 4.
*Fidelis* pro eo qui fidem alicui habet. Sic actiuè quoque capitur Fides. Moſt. 2. 2. v. 68.
*Fidelia*, vas Samium ad vſus pluri-

 mos.

mos. *Nonius* Aul. 4. 2. v.15. Fuit etiam vas, quo vtebantur, qui parietes dealbabant: quod apparet ex Prouerb.M. Curij apud Cicer.lib.7.Epiſt.*Vna fidelia duos parietes*.

*Fidens*: fidem habens. Truc. 2. 4.v. 81.

*Fidere*, credere, fidem habere.Aſin. 3.2. v.15.

*Fidicina*. Epid. Arg. v.1. & 5. 2.v.38. Stich.2.3.v.55.& 4.1.v.36.& ſæpè alibi.

*Fidicinius ludus*: vbi fidibus canere diſcitur.Rud.Prol.v.43.

*Fiducia* pro fide,credulitate, indulgentiaque. Bacch. 3.3.v.9.& 4.4. v.100. Gloſſæ: ὑποθήκη ſeu oppigneratio bonorum immobilium: *Fiducia*.

*Fiducia*.pro certitudine & propoſito aliquo firmo. *Fiducia tergi*. Moſt. 1.1.v.36.

*Fiducia*.pro *audacia*.Epid.5.2.v.31.

*Fiducia mea*. Pœn.5.4.v.37.

*Fieri*: creſcere. Trin.4.2.v.90.

*Fit fortunis*. Truc.4.1.v.11.*Quid ſuat fortunis*.

*Fieri*.cum auferendi caſu. Epid. 1.2. v.48. vide *facere*.

*Fieri argentum* dicitur, quando cōparatur,acquiritur. Pſeud. 1.3.v. 67.

*Fieri* cum datiuo. Moſt. 5.2.v.44.

*Fieri* comparatum eſſe. *Siccine hoc fit?* Aſin.1.2.v.1. Pſeud. 5.1.v.1.

*Fieri* & *facere* inverecundius quid notant. Capt. 5.2.v.13. Itidem apud alios authores.

Martialis l.2.Epig.31.

*Sæpe ego Chriſtinā futui. det quam bene, quaris?*
*Supra quod fieri nil Mariane poteſt.*

Et lib.1. Epigr.46.

*Cum dicis, Propera, fac, ſi facis,*
*Ædile: languet;*
*Protinus & ceſſat debilitata Venus*

Catullus:

*Aufilena, bonæ ſemper laudantur amicæ:*
*Accipiunt pretium quæ facere inſtituunt.*

Petronius crebrius: *Non taces nocturne percuſſor? qui ne tum quidem cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti.*

Idem: *Si quid vis, fac iterum.*

Mox: *Quare non facimus?*

Idem. ——*non ſanguine triſti*
*Perfuſus venio: non templis impius hoſtis*
*Admoui dextram: ſed inops, & rebus egenus*
*Attritis, (facinus:) non toto corpore feci.*

Iuuenalis Satyra VII.

*Exigite, vt mores tenatos ceu pollice ducat,*
*Vt ſi quis cera vultum facit. exigite, vt ſit*
*Et pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,*
*Ne faciant vicibus. non eſt leue tot puerorum*
*Obſeruare manus, oculoſq; in fine trementes.*

*Fieri* primam producit. Amph. 1.7. v.25. & 2.2.v.221. Rud. 4.3. v.96 Sic fuerit Aſin.1.1.v.97.

*Fiet aliquid*. Truc.2.4.v.15.

*Filia herilis*. Aul.1.1. verſ.36.Ciſt.2.3. v.8.

*Filia integra*. Truc. 4.3.v.47.

*Filius familiaris*. Aſin. 2.2. verſ.1.43. Capt. 2.2. v.23.

*Filius herilis*. Caſ. *Grex*. verſ. 3. Ciſt. 4.2.verſ.83. Epid. Arg.v.4. & 1.1. v.60.& 1.2.v.60. Bacch.2.2.v.55 & 2.3.v

&2.3.v.132.&4.9.v.7.Moſt.1.1.v. 20.79.Pſeud.1.4.v.2.20. &2.3.v. 7.Trin.3.1.v.1. Truc. 2.2.v.42.& 3.2.v.1.

*Filijs*: pro *filiabus*. Pœn. 5.3. verſ. 9. Stich. 4.1.v.61.

*Filius abditiuus:hoſpitalis*.Pœn.Prol. v.65.75.

*Filij lecti ſine probro*.qui legitimenati ſunt. Bacch.4.9.v.50.

*Filum*:de extremitate corporum ac rerum. Merc. 4. 4. v.15. *Satis ſcitum filum mulieris*. vide etiam Lucretium.

*Figularis rota*. Epid.3.2.v.35.

*Fingere*: facere.Amph.1.1.v.161.

*Fingere fugam* : meditari fugam. Capt.2.1.v.14.

Lucill.

*Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.*

*Fingi*. Pœn. 1.2.v.11.

*Fingit aptatq;*.Capt.2.2.v.54.

*Finis & modus*. Merc.3.4.v.67.

*Finitor*: agrimenſor, agrorum metator,decempedator.Pœn.Prol. v.49.

*Firmiter*.Epid.1.1.v.77.Pſeud.3.2.v. 111.

*Firmitas*. Moſt. 1.2.v.41. & 3.2. verſ. 137.

*Firmitudo animi*.Aſin.2.2.v.54.

*Fiſcina*.Merc.5.4.v.28.

*Fiſcus*.Truc.Prol.v.22.

*Flabellifera*: ancillæ quæ flabellum ferunt. Trin.2.1.v.22.

*Flagitium*.Trin.2.4.v.11.& 3.2.v.17. & 4. 3.v.28.

*Flagitium* γλοιχῶς pro damno. Merc. 2.3.v.82.

*Flagitium*: pro efflagitatione, conuitio, appellatione clamoſa. Epid. 3.4.v.83. Alibi *clarius poſcere*. Curc.3.v.9. Merc. 2.3.v.71. Cato. *Intercutibus ſtupris flagitatus*: h.e. inteſtinis probris infamatus. vide plura apud Feſtum *Occentare*. Ibi Scaligeri Notas. vide & litt. O. *Occentare*. & litt. P. *Pipulum*.

*Flagitium*: eſt nomen rei fœdæ atque indignæ lumine polito potius quam ſceleris alicuius aut iniqui facti. Pœn.3.2.v.32. vide Victor. lib.11.cap.8.

*Flagitium*:culpa. Pſeud.5.1.v.3.

*Flagitium*: dedecus. Merc. 2.3. v.87. de turpi culpa.Bacch.1.1.verſ.63. Pœn.5.2.v. 5.

*Flagitium hominis*. Caſ.2.1. v.8.Men. 3.2.v.24.& 5. 1.v.9.

*Flagitium ſtabuli*. Truc.2. 7. v.31.

*Flagitii fragrantia*. Rud.3.4.v.28.De homine flagitioſiſſimo.

*Flagitium & damnum facere*.Merc.2. 1.v.13.

*Flagitii perſequens*. Caſ.2.1.v.12.

*Flagitare aliquem*: mendicorum eſt. Pœn.3.1.v.36.

*Flagitare creditorem*.Pſeud.1.5.v.143. Inde *Flagitium*, pro conuitio de ſoluendo debito.

*Flagitari clamore*.per præcones proclamari. Men. Prol.v.46.

*Flagitari clamore* dicitur ij qui ære alieno conſtricti tenentur. Pſeu. 4.7.v.46.

*Flagitator* importunꝰ creditor. Caſ. Prol.v.24.

*Flagitator*. importunus & moleſtus creditor,qui pecuniam creditam cum conuicijs repoſcit. Moſt. 3.2.v.82.

*Flagra & ſtimuli*.Pſeud.4.8.v.3.

*Flagritriba*. qui aſſiduo terunt flagra, vel terũtur à flagris, vt *Vlmitriba*.Pſeud.1.2.v.5.

*Flagrum*:pro flagrantia,ſeu amore: in blanditijs. Pœn.1.2.v.178.

*Flammearius*. Qui flammeo colore veſtes tingit. Ein Rothferber.

Aul.3.5.v.36.Nonius: *Flameum, eſt luteum tegmen, quo matronæ velabantur.* Interpres vetus Iuuenalis. *Flame[illegible] eſt pudoris ſimile, quam & propter pudorem accipiebant.*

*Flemina* dicuntur, cum labore viæ ſanguis defluit circa talos, & tumorem facit. *Feſtus.* Idem ferè cum *boa* & *tama.* Gloſſarium: ὀτὰς πόδας φλεγμαίνειν Hippocrates vocat κέδματα: leguntur etiam alibi φλεμίλα, quomodo Romanis fluxus in pedes nominabantur. Paulo aliter Caper de Orthog. *Flemina* ſunt, vbi abundant crura ſanguine. *Lemina* cum in manibus vel in pedibus calloſi ſunt ſulci. Epid.5.2.v.5. Pſeud.4.7.v.92. Pœn.3.1.v.67.

*Flocci æſtumare*, hoc eſt, nihili. Floccus enim eſt minima illa velut plumida, quæ ex veſte pexa decidit. Moſt.1.1.v.73.

*Flocci facere.* [illegible] Nam Flocci ſunt illa [illegible] & particulæ in panno & velleribus eminentiores, quæ detondentur. Curc.5.3.v.37. Caſ.2.5.verſ.24. Men.2.3.v.69.& 5.7.v.5. Moſt.3.2.v.12[illegible]. Epid.3.2.v.[illegible]2. Rud.Prol.v.4[illegible]. & 3.5.v.3. Stich.2.2.verſ.12. Trin.1.2.v.174.& 4.2.v.73.150. Truc.2.7.v.45.& 4.2.v.56. Terent Eun.2.3. *Non flocci pendo.* Cic.ad Att. *Remp. flocci non facere.*

*Flocco habere* eſt *flocci facere, nihili pendere*, aut potius *ludificari*. & riſui, ludibrioque habere. Aſin.3.3.verſ.111. vbi tamen Acidalio placet illud Nonij *Defloccare*, quod eſt *prorſus ad nihilum redigere.*

*Floccum non interduim.* Trin.4.2.v.112.

*Florea corona.* Men.4.2.v.68.

*Florens*: vegetus. Perſ.5.1.v.18.

*Florens corona conuiuiorum.* Perſ.5.1.v.18. vide Phil.1[illegible]. Tit. *Conuiuij.*

*Florere*: de florente muliere. Truc.2.4.v.3.

*Floreus.* Aul.2.8.v.15.

*Flos Poetarum.* Caſ.v.18.

*Flos Liberi.* vinum. Ciſt.1.2.v.5.

*Flos Libycus* eſt vinum Mareoticum, Caſ.3.5.v.16. Eiuſdem mentionem facit Horatius lib.1 Oda 37. Sic ἄνθος ἡφαίστου pro igne dixit Æſchylus. ἄνθος πυρὸς Philo[illegible]

*Flos vini veteris* eleganti tra[illegible] & periphraſi, pro *[illegible] vino vet[illegible]* Curc.1.2.v.1. vide In[illegible] cretianum G[illegible]. *[illegible]* *Bacchi. F[illegible] flammæ. F[illegible]rentia [illegible] mi[illegible] a flamma*. F[illegible] [illegible] pro delicatiſſima [illegible] gellium lib.15 cap [illegible] apud Græcos [illegible]. Eurip. [illegible]. Sic apud [illegible] lib.XIII. [illegible] Apud [illegible]darum [illegible] ſunt [illegible] & [illegible] παλαιτέρου, &c

*Fluuius* allegoricus de fallacijs meretricum. Bacch.1.1.v.52.

*Fluctus maritimi.* Rud.Prol.v.69.

*Fluctuoſum mare.* Rud.4.2.v.5.

*Fluuius rapidus.* Men.Prol.v.64.

*Fluctus ſalſi.* Trin.4.1.v.2.

*Focula ventris.* Sunt nutrimenta à fouendo forte. Nonius. Perſ.1.3.v.24.

*Focula* nutrimenta ſunt ignis, teſte Marcello *à fouendo*. Capt.4.2.v.67. *Focula feruentia.*

*Fodere ſtimulis.* Men.5.5.v.48. Curc.1.v.40. Bacch.5.2.v.39.

*Fodicare animum*, eſt fodere & affligere animum. Bacch.1.1.v.3[illegible].

*Fodere latus.* vide litt.L.

*Fœdare*

*Fœdare*: pro vulnerare. Amph. 1. 1. v. 90.
*Fœdare rem patriam*. Trin. 3. 2. verſ. 30.
*Fœdus*: pro ſtipulatione. Pſeud. 5. 1. v. 36.
*Fœda facta*. Amph. 5. 1. v. 33.
*Fœmen*: femur. Mil. 2. 2. v. 48.
*Fœtus* pro *grauidus*. Moſt. 3. 2. v. 168.
*Fœnerator increpita*. Moſt. Arg. v. 6.
*Fœnerato aliquid auferre*: ſuo damno & malo. Men. 4. 2. v. 40.
*Fœnerato*. Aſin. 5. 2. v. 53.
*Fœnuſculum*. Pſeud. 1. 3. v. 52.
*Folia* de rebus nullius pretij aut ponderis Men. 2. 3. v 24.
*Follis* pro ſacculo ſcorteo, numorũ receptaculo. Aul. 2. 4. v 23.
*Follis pugilatorius*. Rud. 3. 4. v. 26.
*Follitium ductitare* dicebantur ſerui, qui non modica ſumma pecuniæ heros circumducebant, ſed tanta, quæ folles implere queat. Epid. 3. 2. v 15.
*Fons vitii & periurii*. Truc. 2. 7. v. 50. Petron.
*O hominem acutum, & vrbanitatis vernulæ fontem*
*Fontinalis*: pro aqua. Stich. 5. 4. v. 17. Deus fontium.
*Forare*. pro perforare de ſeruis. Moſt. 1. 1. v. 53.
*Foras-gerones*: qui omnia foras deportant. Truc. 2. 7. v. 1.
*Foras ſe dare*. Mil. 2. 3. v. 37.
*Fores conſeruas* dicit ſeruus domus heri is: quod quaſi ſecum ſeruiant hero. Aſin. 2. 3. v. 6. Curc. 1. 1. v. 40.
Sic Ouid.
*Duraq; conſerua ligna valete fores.*
Catullus:
*præut*: comparandi particula elegans, vt *præquã, præquod.* Amph. 1.1.v.117. Merc. 2.4.v.2. Bacch.4. 9.v.5. Men.2.3.v.25.& 5.5.v.33. Mil. 1.1.v.20. Ter. Eun. *Hic vero eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocumque dicit fuiſſe illum alterum præut huius rabies.* vide Stewechij particulas, LL.

*prand o*, prandi. Men.2.3.v.50.

*prandere perbene.* Men.5.9.v.81.

*prandere cum aceto.* Rud 4.2.v.32.

*prandio*: in prandium: de bubus. Truc.3.1.v.2.

*prandio funus facere*: conſumere. Men.3.2.v.27.

*prandium apparare.* Men. 4.2.v.33.& 5.9.v.77.

*prandium coctum.* Rud. 2.3. verſ. 12. Stich.2.1.v....

*prandium coquere.* Bacch.4.4.v.65.

*prandium comedere.* Men. 4.2.v.64.

*prandium conficere.* Men.3.2.v.4.

*prandium parare.* Stich.2.1.v.49.

*prandium perdere.* περιδειπνῆσαι. Men.3.1.v.12.

*pranſitare* eſt cupere prãdere: Aſin. 1.1.verſ.18. Sic verba in TO, SO quæ vulgo *Frequentatiua* nominantur, voluntatem notare ſolent. vide litt.V. *Verba* in *TO.*

*pranſoribus.* Men.2.2.v.2.

*pranſus potus.* De eo qui eſt homo diſſolutus & temere negligenterque res ſuas agit. Men.3.2.v.11. Contrarium dixit Varro. *Pranſus paratus*, de eo cui in omnem fortunam res ſua conſtat. Sic Cicero pro Milone explicat Plautinam formulam. *Adde inſcitiam pranſi poti oſcitantis ducis.* Et Martial. lib.4.90. *Prandeo, poto, canto, ludo.*

*prata condita* vocat coquus varias herbas decoctas. Pſeud.3.2.v.22.

*precari* pro *imprecari.* Aſin.2.4.v.71.

*precario.* Truc. 4.1.v.12.

*precator*: deprecator, interceſſor. Aſin.2.4.v.9. Pſeud.2.2.v.12. *Precator & patronus.* Epid. 5.2.v.21.

*per precem* oro. Capt.2.1.v.47.

*preces expetiſſere.* vide litt.E.

*precium*: præmium. Men.5.6.v.7.11.

*precium* pro *præmio.* Moſt.4.1.v.23.

In & Extra *Precium.* Pœn.1.2.v.118. 119.

*precium eſt probus.* Trin.2.1.v 36.

*precium* pro *pari mercede* Capt.5.1.v. 20.

*precium* pro malo ſeu pœna. Rud. 3.4.v.5. iniqua hæc patior cum pretio tuo & Caſina. Malo hercle veſtro tam verſuti viuitis. 2.8.v.55.

Sic apud Horat. lib. 3. Od. 24.

*Et peccare nefas aut pretium eſt mori:*

Alibi vice verſa *Pœna* pro *præmio* ponitur.

Propertius lib. 3.

*At poſtquam ſera captiua eſt reddita pœna,*
*Fortem illum Æmonius Hectora traxit equis.*

Catullus:

*Ruffe, mihi fruſtra ac nequicquam cognito amice:*
*Fruſtra? immo magno cum pretio atq; malo.*

Idem:

*Eris: quandoquidem meos amores*
*Cum longa Voluiſti amare pœna.*

*Pretium pretioſum*. Epid. 1. 2. v. 17.

*Pretii quantiuis*. Epid. 3. 3. v. 29.

*Preti parui eſſe*. Trin. 2. 1. v. 25.

*Pretia maxima* Pœn. 4. 2. v. 20.

*Pretio ſuo* aliquid emere. **Was es werth iſt**. Perſ. 4. 4. v. 30.

*Prehendere*. Rud. 5. 2. v. 4.

*Prehendere* cum Genitiuo. Bacch. 4. 4. v. 45. & 4. 9. v. 26. *Prehendere mendacii*. Apul. lib. 9. *Ac ponè cum Myrmex Vinculis obrutus, non quidem coram noxa deprehenſus, conſcientia tamen peſſima permiſtus lacrumis Veribus ac poſtremis lamentationibus inefficacem commouet miſerationem*. Agellius lib. 11. c. 18. *Seruos item furti manifeſti prenſos, Verberibus affici, & è ſaxo præcipitati, ſed pueros impuberes prætoris arbitratu Verberari voluerunt.*

*Prehendere bilinguis*: de oſculis amantium. Pſeud. 5. 1. v. 15. vide litt. B.

*Prehendi in ius*. Pœn. 5. 4. v. 60.

*Prehenſus*, pro, deprehenſus. Aſin. 3. 2. v. 17.

*Prendere auriculis*: pro baſiare. Erat enim oſculi genus: quo ſolebant pueri parentes, aut alios, vel amantes inter ſe, alterius auribus apprehenſis oſculari. Aſin. 3. 3. verſ. 77. Pœn. 1. 2. v. 163. vide Phil. Plaut. de *Oſculis*.

*Premere peſſum*. Ciſt. 2. 1. v. 12. Moſt. 5. 2. v. 49.

*Preſſare*. Perſ. 2. 5. v. 12.

*Prima*: priores. Pœn. 1. 2. v. 106.

*Primaria conditio*. Stich. 1. 2. v. 81.

*Primarius Vir*. de accuſatore, qui primas agēdi partes tenet. Rud. 4. 4. v. 29.

*Primatim*: primum. Caſ. Prol. v. 17.

*Primita*: primaria: vel eſt nomen proprium ancillæ. Mil. 3. 1. v. 198.

*Primoribus digitulis* aliquid ſumere. h. e. leuiter attingere. Bacch. 4. 4. v. 24 Pœn. 3. 1. v. 63. Significat enim ferè principium & acumen alicuius rei.

Lucret. l. 6. v. 1206.

——*naſi primoris acumen.*

Et v. 1019.

——*primoribus ex elementis.*

Agell. lib. 10. cap. 1. *primoribus litteris*. & cap. 19. in *primori pueritia*. Symmachus. *Primore congreſſu* dixit, &c. vide Colvium ad Apuleium.

*Primorum principes Viri*. Amph. 1. 1. v. 49. *Delecti populi proceres* vocat Virg. l. 3. Æneid.

*Primulum*. Men. 5. 5. verſ. 18. & 5. 9. v. 57.

*Primulo diluculo*. Amph. 2. 2. verſ. 105.

*Primum*, pro, non ita pridem. Moſt. Arg. v. 5.

*Primum-dum* eleganti particula dicitur, vt τὸ *dum* quaſi παρέλκειν videa-

videatur.Bacch.2.3 v.25. Moſt.1. 2.v.39. & 2.1.v.53. Mil. 2.3. verſ. 26.Rud.Prol.v.32. Trin.1.2.verſ. 61.Truc.1.1.v.10.

*Primum omnium*, præcipuum **Vor allen dingen** in narrationibus. Amph.5.1.v.36.& 5.2.v.5. Moſt. 5.2.v.32 & 2.1.v.50. Stich. 5.4.v. 46.Trin.2.4. v.122 .Truc.4.3.v. 13.Amph.2.1.v.62.Aſin.3.3.verſ. 60.Pſeu.4.3.v.9.Agellius l.9.c.9. Quibus omnib. locis Ϛ *omnium* vacat.

*Primodum*, pro *primò*.vt *eho,ehodū* Capt.1.2.v.51.

*Priſtini mores*.Truc.Prol.v.7.

*Prius*:ante. Temporis eſt. *Prius illic erimus quàm tu*. Pſeud. 2.4.v 68. Men.4.5.v.7. Men.5.2. verſ.120. *Paulò prius*.

*Prius* pro *citius*. Amph. 1.3.verſ.47. *Prius tuà opinione hic adero*.

*Prius: igitur deinde*.Stich.1.2.v.29.

*Prius,priuſquam*.Ciſt.2.3.v.73.

*Priuſquam;illico*.Rud.4.4.v.87.

*Priuare bonus* , *luce*, *honore amicis*. Truc.2.7.v.20.

*Priuari donis*.Truc.2.7.v.56.

*Priuum*:eſt,proprium,ſolum. Moſt. 3.1.v.60.95.& 3.2.v.62. Sit ibi legendum cenſeo cum Acidalio. Cæterum de ipſo vocabulo videas liceat quæ doctiſſimus Giſanius Collegit in Indice Lucretiano.

*Priuus* proprius,ſinguli Pſeud.3.2. v.76. vide Agell.l.10. cap.20. itemque Nonium & Feſtum.

*Prior*:prius.Pſeud.4.1.v....

*Priuatus* ἰδιώτης opponitur Imperatori.Capt.1.2.v.57.

*Pro* eleganter vſurpatur pro , Ϛt, Men.2.2.v.24. *Pro ſano loqueris*. Cæſar. *Nihil cum ſe abſente pro ſano facturum ratus*.

*Pro* : eleganti vſu pro *Quantum*, Amph.1.1.v.132.Rud.4.4.v.71.

*Pro copià & ſapientià*. Comica formula elegans.Vulgo: *Quantum potero*.Merc.3.1.v.8.

*Pro me* meam vicem.Ciſt.2.1.v.40.

*Pro* valet Ϛicē.alicui⁹.Moſt.5.2.v.10

*Pro* valet *tanquam*.Moſt.1.2. verſ.61. *Pro imbre amor aduenit*. h.e. tanquam imber.Pœn.3.1.v.25.Rud. 2.1.v.7.*pro exercitu*. Truc.1.2.v. 72.Sic Apulcius : Nec pro amico nec pro Philoſopho facere.h. e.vt amicum,vt Philoſophū decet:*Pro* valet *loco alicuius*.Educare pro filiâ h.e.filiæ loco Ciſt.1.3. v.24.Pœn.5.5.v.4.Trin.4.3.v.28. 44. Truc.2.4.v.60. & 2.6. v.14. & 2.7.v.5.

*Pro ſūmo facere aliquid; bibere*. Stich. 5.4.v.38.

*Pro ſpiſſo*: tardè.Pœn.3.5.v.47.

*Pro teſtimonio dicere*.Pœn.5.2.v.19.

*Proba mulier*, eſt caſta. **Ein fromm Weib**.Amph.2.2 v.46.

*Probare* eſt probè factum eſſe dicere.Moſt.1.2.v.20.

*Probare ſe*:h.e.laudare,commendare.Amph.2.2.v.208.

*Probare*:æſtimare,pondere. Trin.4. 3.v.42.Perſ.2.2.v.30. Ouid. *Vulgus amicitias Ϛtilitate probat*.

*Probè*. Aduerbium hoc mirè à Comicis vſurpari ſolet,ferè pro plane,*omnino*.ſine dubio. Moſt.1.1. v.4.&1.4.v.29. Terent. Phorm. *Eſt* ὧι Ϛos *vlci, car probè*. Sic rectè ibi Faernus ex antqq.libb.

*Probè*.elegās connubiū aduerbij:vt pulchrè,lepidè. Curc.3.v.16.Caſ. 1.1.v.36.&2.1.v.10.Bach.3.3.v.94 &4.4.v.50.*Probè emūgere* & 4.5.v. 6.& 4. 6.v.10.Moſt.1.2.v.19.&5.1. v.19.&5.2.v.59.Pſeud.2.2.verſ.9. pœn.1.1.v.73.

*Probe*

*Probè.* Concedentis, & applaudentis.Moſt.1.4.v.29.

*Probè*.laudãdi,approbãdi particula *Vt bene,rectè probe*.Epid.1.1.v.17.

*Probè* pro *valdè*.Amph.3.3.v.21.& 3.4.v.14.Epid.1.1.v.70.Moſt.2.2.v.42.Mil.3.1.v.14.

*Probé* etiam infauſtis verbis additur. *Pereo probe.* Capt.3.4.verſ.102.

*Probé lepideque*.Men.3.2.v.2.

*probiores*.Trin.2.2.v 32.

*probe tectus*. pro tutus bene. Moſt.4.1.v.15.

*probri pudet*.Truc.2.2.v.25.

*probra*;ſcorta.Truc.4.2.v.50

*probrum* de ſtupro & illicitis amoribus. Amph.1.2.v.15. & 3.1.v.9. & 3.2. verſ.1.6. Aul.1.1. verſ.27. Bacch.4.9.verſ.50.& 5.2.ver.47. Mil.2.5.verſ.13. & 2.6.verſic.29. Pœn.5.4.ver.69.Feſtus;*Probrum, ſtuprum, flagitium.* Cæcil.in Davo. *Ea tum compreſſa parit huic puerum,ſibi probrum.* Attius;*qui. niſi probrum, omnia alia in delicta æſtimant.* Sueton.in Claud.Cæſ. cap.16.*recognitione*,&c. Apud Liuium. *Matronæ probri accuſatæ.* Vnde lex illa Romanorum. *Vt probrum Virginis Veſtalis capite puniretur.*

*probrum expergefacere.* excitare rem turpem.Curc.1.3.v.42.

*probrũ exequi*:de ſcortatione.Truc.2.5.v.8.

*probus*:vtilis.Pœn.3.3.v.66.

*probus*:Verus. Ei opponitur *Nihili.* Perſ.1.3.verſicul.40.43.Rud.1.2.verſ.24.

*probus* pro *commodo*,& opportuno, vtili.Moſt.2.1.v.6.

*probus victus.* eſt lautus victus. *Probè viuere.* Moſt.3.2.v.42.48.

*probus*, apertus, ſincerus. Epid. 1.2. verſicul. 8.

*Procari* eſt poſcere. Vnde & *proci* & *procaces* meretrices Feſtus Pomp. Truc.1.2.v.51.

*procedere*: de negotiis. Stich.3.2.v.39.

*procedere*:de negotiis.Rud.1.2.v.2.

*procedere*.prodire.Aſin.Prol.v.6.

*procedere*.Pœn.3.3.v.36.

*procedere foras*.Pſeud.2.2.v.12.

*procedere* pro contingere, obtingere.*Nũquid tibi noui proceſſit?* Moſt.4.3.v.7.

*procedere*.euenire.*Omnia proſpere proceſſerunt.* Moſt.3.2.verſ.47. Cicero. *Omnia, vt ſpero, proſperè procedent.* Terent. *Quia primò proceſſit parum.*

*Procedere*,ire. Capt.5.2.v.1.

*procedit*: **Es gehet fort.** Perſ.1.3.v.34.

*procedere ſuccedere*.Perſ.4.1.v.1.4.

*procedunt recht.æ*.Pœn.4.3.v.1.

*proceres*. Principes. Bacch.4.9.verſ.130.

*procellæ infenſæ.* Trin.4.1.v.17.

*proci amo ū ειρωνικῶς* dicuntur proceres.Pœn.3.1.v.7.

*proclivum* eſt inclinatum vt fiat, nondum tamen certum. Ei opponitur *planum*, quod iam eſt exploratum. Aſin.3.3.v.74.Mil.4.2.v.27.Rud.4.4.v.88. *Ex proclivi planum facere.*

*procudere dolum.* Caſ.3.5.v.47.Pſeu.2.2.v.20.

*procul* de loco. *Cuia vox ſonat procul?* de longinquo. Curc.1.2.v.18.

*procul aſtare.* Moſt.3.1.verſ.132.vide *Abſtare* & *Intus*.

*procul prohibere.* Amph.Sc. *Tun' me.* verſ.8.

*procurare* **Verſorgen** Pœn.Prol.v.29.Truc.4.4.v.25.

*Procurare aliquem.* Pœn.3.4.v.5.
*Procurare ſe pro puerperà.* Truc.2.4. verſ.60.
*Procurator peni.* Pſeud.2.2.v.14.
*Prodi* dicuntur, qui pluſculè aut bibunt, aut comedunt. Rud.2. 7.v.30.
*Prodigere* eſt profundere liberius. Aul.2.8.v.10.
*Prodigialis Iupiter*, qui prodigia auertit. Amph.2.2.v.107.
*Prodigium* à prodicendo h.e. prædicendo. vide Feſtum. Bacch. 5.2. v.22.
*Prodigus peculii ſui.* de tergo ſeruorum dicitur. Moſt.4.1.v.20.
*Prodire* eſt detegere, & aperire animum ſuum. Ciſt.4.2.v.75.
*Prodire ad forum.* Men.1.3.v.30.
*Producere* eſt *educare.* Aſin. 3.1.verſ. 40.
*Producere* gignere. Bacch. 3.3.v.51. Terent. *Qui illud produxit ſcelus?*
*Producere vitam ad miſeriam.* Trin. 2.2.v.59.
*Profectò*: cum profectu & ſine fruſtratione. *Facere gratiam profectò.* Curc.3. v.56. Rud.1.2. verſ. 56. Pœn.2.1.v..
*Profectò* eleganti ſignificatione, nec omnib. præſpecta, pro eo quod Græci dicunt δηλονότι δηλαδὴ, *quidem certè*, *haud dubiè*, *tandem, omninò, ſcilicet, videlicet.* vt habent Gloſſæ Philoxeni. Curc. 3.1.v.33.56. & 4.2. verſ.42.45. & 4.4.verſ.14. Amph.5.1.verſic.48. Moſt.2.1.verſ. 69. Pœn. 2.v.53. Cic. Pro P. Quintio. *Si debuiſſet, Sexte, petiſſes ſtatim: ſi non ſtatim, paulò quidem poſt: ſi non paulò, at aliquantò: ſex quidem illis menſibus profectò, anno vertente ſine controuerſia.* Agellius lib.9.cap.11. *Ea res prorſus admiranda: ſic profectò eſt in libris Annalibus memorata.* Vide etiam Gruteri noſtri ſuſpiciones.lib.7.cap.7.
*Profectò edepol.* Pſeud.5.1.v.7.
*Profectus dies.* Aul.2.8.v.11.
*Profectò hercle.* Caſ.5.2.v.29.
*Proferre*, differre. Capt.1.1.v.10.
*Proferre cibos.* Pſeud.3.2.v.22.
*Proficiſci*: abire. Merc.5.2.v.105.
*Proficiſci*: eſt eundi facere initium, ſe commouere primùm ad iter. Rud.3.6.v.9. *Cùm ad me profectus ires.* Non male quamquam Acidalius malit *profectus ire.* Trin. 3.2. verſicul. 2. *Profectus ſum ire.* Truc.1.2.verſ.105. Aul.1.2. verſ. penul.
*Proficiſci*: abire inſtituere. Truc.4.4. verſ.6.
*Proficiſci*: pro *ire.* Amph.1.1.verſ.153. 190. Rud.3.6.v.9. Salluſt: *Quò profectus intenderat.*
*Proficiſci* cum ſupino. *Proficiſcar quæſitum.* Merc.5.2.v.98.
*Profiteri aliquid ſua voluntate.* Men. 4.2.v.79.
*Profligare inimicos.* Mil. 2.2.verſicul. 75.
*Profugere domo.* Capt.Prol.v.18.
*Profugus.* Trin.3.2.v.75.
*Profuſus*, effuſus. Curc.1.2.v.8.
*Prognati* poſteri progeniti: ἐκγονοι. Amph.2.2.v.20.
*Progne.* Rud.3.1.v.12.
*progignetur*: naſcetur. Truculent. 4. 1.v.1.
*progignere*, dicitur vt *procudere*, & *prouiuere.* Pſeud.1.5.verſ.77. Sic ibi legendum cum Giſanio. & Acidalio. Quod tamen Schoppius dicit, itidem ſic legere Mſſ. Camerario-Palatinos, vix verum obtinet. Nam *Gruterus* noſter qui talia minuta quoque

λυγκιως

λυγκέως ὀξυδερκέστερον percernit, notat indidem ſcriptum, *qua gigni*. Tanti eſt eſſe ocűlatum.

*Progredi*: pro, *egredi*. Men. 1. 1. v. 33.

*Pro*. Exclamantis. *Pro Iuppiter!* Moſt. 1. 3. v. 34. 40.

*Pro ſupreme Iupiter*. Pœn. 5. 3. v. 3.

*Proh DI immortales!* Pœn. 5. 2. verſ. 28. Truc. 2. 4. verſ. 80. & 4. 2. verſ. 57.

*Prohibere à ſe vim*. Capt. 4. 2. v. 24.

*Prohibere aliquid*. Amph. 4. 3. v. 18.

*Prohibere aliquem*. Amph. 2. 1. v. 70. & 3. 2. v. 25.

*Prohibere aliquem* facere aliquid. Trin. 2. 2. v. 89.

*Prohibere aliquem aliquid*. Trin. 1. 2. verſ. 50.

*prohibere aliquem ab aliquo*. Epid. 2. 2. v. 105.

*prohibeſſis*: prohibueris. Amph. Sc. Tun'me. v. 8. Sic Lucretius. l. 3. *cohibeſſit* pro, cohibuerit.

*prohibeſſit*. pro: *prohibeat*. Pſeud. 1. 1. v. 12.

*proiecticius infans*. qui expoſitus eſt. Ciſtell. Arg. v. 8.

*proiectitius* expoſititius Infans. Ciſt 1. 3. v. 43.

*proijcere infantem*, exponere. Ciſt. 1. 3. v. 19. & 2. 3. v. 75.

*proin*. Illatiua particula. Capt. 4. 2. v. 75. Bacch. 4. 9. v. 138. Pſeud. 4. 7. v. 100.

*proinde* concludit ſententiam & aliquid infert eleganter. Aſin. 3. 3. v. 54. Capt. 4. 2. v. 14.

*proinde* ſimilitudinis particula. Amph. 2. 2. verſ. 125. & 3. 3. verſic. 5. 19. & 3. 3. v. 28. Capt. 5. 1. verſic. 13.

*proinde ἀναφορικὸν* τοῦ *vt*. Capt. 2. 2. v. 57. & 64.

*proinde* vt: perinde vt. Amph. 2. 1. v. 8. Caſ. 1. 1. v. 8. & 2. 1. v. 11. Stich. 5. 5. v. 108. Trin. 1. 2. verſ. 27. & 3. 2. v. 51.

*proinde ac*. Amph. 2. 1. v. 35. Trin. 3. 2. verſ. 33.

*proinde vt, ita*. Pſeud. 2. 3. v. 13.

*proinde quaſi*. Amph. 2. 2. v. 53.

*proinde diu, quam*. Truc. 2. 3. v. 3.

*prolationes*: dilationes, recraſtinationes. Mil. 2. 2. v. 98.

*prolectare*: prolicere, elicer, prouocare. Bacch. 3. 6. v. 38. *Prolectare probris*.

*proletarius ſermo* eſt plebeius & vilis Mil. 3. 1. v. 156.

*proletarij* erant, qui nihil Reip. exhibebant, ſed tantum prolem ſufficiebant: & erant tenuiſſimi in populo Romano: Contra dicebantur *Aſſidui*. vide Agellium lib. 16. cap. 10.

*prolicere*. prouocare. Curc. 1. 2. v. 2.

*proloqui*. Eloqui, loqui. Amph. 2. 2. ver. 3. Capt. Prol. v. 6. Ciſt. 1. 3. v. 3. Epid. 3. 7. v. 32. Merc. 1. 2. v. 43. 96. Pſeud. Prol. verſ. 8. Trin. 1. 2. v. 125.

*proloqui aliquid glorioſe*. Stich. 2. 2. verſ. 4.

*proloqui paucis plura*. Men. 2. 1. verſ. 27.

*proluere*. Curc. 1. 2. v. 29.

*promere*: pro dicere, eloqui. Aſin. 1. 1. v. 11.

*promerere*. Trin. 3. 2. v. 15.

*promereri*. Men. 5. 9. v. 41.

*promereri de aliquo*. Capt. 5. 1. v. 13.

*promerita*. Mil. 3. 1. v. 75.

*promerita male*. Trin. 5. 2. v. 49.

*promeritum*: meritum. Perſ. 4. 3. verſ. 24.

*promeritum*: paſſiuè poſitum, & in malam partem, pro, *commeritũ*. Amph. 2. 1. v. 20. Men. 5. 6. v. 24. Donatus ad Terent. *Promeruit*, eſt adiuuit, profuit: cui contrarium

ſtum eſt, *commerui.*

*Promiſcam:* promiſcuè. Aſin.2 2.v. 99.Pſeud.4 5.v.11.

*Promiſcè.*Perſ.5.2.v.62.

*Promiſcus,a,um.*Rud.4.4.v.138.*Promiſcàm* & *promiſcè*, etiam aduerbialiter capiuntur.

*Promittere,* pro *confirmare.* Mil.2.3. v.55.

*Promittere* pro *minari.* Aſin. 5. 2.v. 80.

*Promittere.*ſtipulatò ſpōdere. Pſeu. 4.7.v.123.

*Promittere bene.*Epid.1.2.v.21.

*Promittere cœnam.*Moſt.5.2.v.16.

*Promittere ad cœnam.*Men.5.2.v.43. Stich.3.2.v.19.29.& 4.1.v.9.

*Promittere ad cœnam aliò.* Stich.4.2. v.16.

*Promittere capillum,*barbam.Rud.2. 3.v.46.

*Promittere firmiter.*Pſeud.3.2.v.111.

*Promittere foras.* Vetus loquēdi modus, inquit Victorius li. 15 ca.5. Var. L. & præceptis Grāmaticis pœne repugnans. Sed non ſine cauſa ita dicitur. tunc.n.motus intelligitur: Valetq; ſermo ille. *promiſi me iturum foras.* Moſt.4.3. v.12.

*Promittere multa ex multis* Pœn.1.2. v.147.

*Promtare.*Pſeud.2.2.v.33.

*Promtare* , profundere , perdere. prodigere.Bacch.3.3.v.61.

*Promtuaria cella.* vide *Cella promt.*

*Promtum* de eo quod in propatulo eſt ſitum.Pſeud.1.5.v.34.

*Promus.* Trin. 1. 2. v.45. *Ego ſum promus meo pectori.*Mil.3.2.v.24.

*Promus condus.*Pſeud.2.2.v.14. vide Placialem de Friſco ſermone.

*Promus prodigus.*Pœn.3.4.v.6.

*Pronomina* ſæpe permutantur primitiua pro deriuatiuis. Vt apud Plautum noſtrum Pſeud.1.1.v.4. *Parſiſſem labori mei te rogandi, & tui reſpondendi,* pro *meo.* Et ſic loquitur Hecuba apud Ennium: *miſere te mei anus, date ferrum.* h. e.mei, quæ ſum anus. vide A.gell. lib.20.cap.6. vbi accuratè de ſuperiori loco Plauti diſſerit: ſicut & Iul. Cæſ.Scaliger lib. 6. de Cauſis L. L. cap.129. vbi quoque fortiter aſſerit hoc loquendi rationem è Cicerone & conſuetudine linguæ Græcæ. Ad etiam infra exempla *Syntaxis inſolens.*

*Pronomina recipora eleganter vſurpātur.*Pœn.2.1.v.40.

*pronomina relatiua* in ſyntaxi concordant inſolēti formula Plautina.vide *Tibi, Te tibi cui.*

*propalam.* Epid.1.1.verſ.10. Perſ.3.3. v.41.

*propè hîc.*Rud.1.4.v.10.11.

*prope eſt.*hoc eſt, in viciniâ. Aul.1.2. verſ.24.

*prope eſt quando.*Men.5.6.v.25.

*prope abeſſe* , pro *non longe abeſſe.* Aul.2.3. verſicul. 8. Sic Cicer.1. Tuſculanâ. *Antiquitate, qua quo propius aberat ab ortu , hoc melius &c.* Idem de Senectute: *Quod mortē melius mihi cernere videat, quod ab eà propius abſum.* Mil.4. 2.v.4.

*Prope abſtare*, quemadmodum Cicero dicit *Prope abeſſe.* Epid.5.2. verſ.9. Cicero. *Antiquitas quò propius aberat ab ortu , & diuinitate , eò melius omnia prouidebat.*

*propemodum.*Trin.3.3.ver.50. Truc. 4.3.v.2.

*propendere:* eſt ſurſum pendere, **Vber ſich wiegen** Aſin.2.2.verſic. 39.

*Propenſa munera:* h.e.multa & ponderoſa.Truc.Arg.v.8.

*Propenſus* , grauis , ponderoſus. Bacch.3.4.v.16.24

*Propera monſtrare*.Pſeud.4.1.v.41.

*Properare*,actiuè & tranſitiuè. Aul. 2.3.verſ.3. Caſ.2.8.v.57.& 3.2.v. 1.& 4.2. verſ.6.Epid.2.2.verſ.36. & 3.4.verſ.82. Men.4.2.verſ.35. 64 & 5.2.verſ.2. Pœn.3.1. verſ.2. 41.43. Vide Palmerij ſpecilegia de hoc verbo,vt & *Trepidare.*

*Properare aliquid*.Rud.5.3.v.14.

*Properare aliquid facere. Propera ire.* Ciſt.5.2 verſ.6. Bacch.4.9. verſ. 126.Merc.2.1.v.19.Men 1.3. verſ. 21.Pſeud.3.2.verſ.67.& 4.2.verſ. 36.40.

*Properare auferre*.Truc.2.4.v.13.

*Properare dare* vel *facere.* Curc.4.3. verſ.3.4.

*Properare loqui*.Ciſt.1.3.v.3.

*Properare placidè.* Pſeud. 4.1. verſ. 15.

*Properare maturatè*.Pſeud.4.7.v.58.

*Properato eſt opus.* Mil.3.1.verſ.209. Trin.3.3.v.78.

*Propere*.Amph.1.1.verſ.60. Bacch.3. 1.verſ.17.& 4.4.verſ.76. Men.5. 5.v.43.Pſeud.2 4.verſ.34. Stich. 2.3.v.5.9.13.Trin.5.2.v.50. Truc. 2.7.v.9.& 3.1.v.9.

*Propere celeriter*.Rud.5.2.v.33.

*Properè citò.* Caſ.3.6.v.17. Curc.1.2. v.29.

*Properè, ſubitò, celerè*. Curc.2.3. verſ. 4.

*properè, ſtrenuè*, coniuncta connubia,Aul.2.2.v.86.

*properè properare*.Aul.2.8.v.23.Curc. 5.3.v.10.

*propere celerare ſe*.Trin.4.3.v.1.

*propinare:adhibere*.Stich.3.1.v.24.

*propinare ſalutè plenis faucib*.Stich.3. 2.v.16.

*Propinare cantharum amicitia.* Pſeu. 5.1.v.19.

*propino*.Stich.5.4.v.26.30.

*propinquè*.prope.Truc.2.6.verſicul. 18.

*propinquè adeſſe*.Truc.2.7.v.21.

*propitia Venus*.Pœn.1.2.v.66.

*propitiam facere Venerem.* Pœn. 2.1. verſ.7.

*propitiare Venerem.* Pœn. 1.2.verſ. 120.

*propitiare.* Pœn.4.2.v.26. *Placare.* verſ.28.

*propitiare aliquem*.Pœn.1.2.v.165.

*propitium facere.* Pœn.1.2. verſicul. 164.

*propitius*: antepenultima correpta. Merc.4.1.v.12.14.

*propitius volens*.Curc.1.1.v.89.

*propola* à *pro* Latino, & Græco πωλεῖν: vt docet Scaliger ad Culicem Virgil. Pagin. 42. Dictus , quòd primus vendat merces : quas in portu primus anticipat. Aulul. 3.5.v.38. Lucillius.

*Sicuti quum ficus primus propola recentes*

*Attulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.*

Nota primam produci,vt in *prologus*, & *pronus*, quod eſt Græc. πρόλογος & πρηνὴς. Sic Latini Græca vocabula cum Latina præpoſitione Græcię abſtulerunt,& ſua fecerunt. Viciſſim Græci fecerunt. vide Scaligerum dicto loco.

*Propriè*:eleganti vſu: rectè,integrè. Pœn.3.4.v.5.

*proprium* : ἴδιον. Trin. 4.3. verſicul. 44.

*proprium* : ſtabile & diuturnum, ſiue perpetuum. Moſt.1.3.verſic. 68.& 2.3.verſ.4. Trin.5.2.verſ.6.

Lucre-

Lucretius lib. 4. v.1128. Cicero libro 7. Epiſt. 30. *Id cuiuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur & vtitur.*

Virgilius lib. 1. Æneid. de vxore perpetua:

*——— propriamque dicabo.*

Idem:

*— propria hæc ſi dona fuiſſent.*

Idem:

*Da propriam Thymbrae domum —*

Horat. lib. 2. Sat. 6.

*— propria hæc vt munera faxis.*

Macrob. lib. 1. Somn. cap. 21.

*Proprium habere diceretur, ſi ſemper tenere liceret.*

Ter. Andr. 4. 3. v. 1.

*Nihilne eſſe proprium cuiquam? DI voſtram fidem!*

*propter* cauſam efficientem notat: pro culpa & opera alicuius. Rud. 1. 2. v. 39.

*propter* eleganter vſurpatur pro *prope, apud, iuxta*. Amphitr. 4. 1. v. 8. Curc. 4. 1. v. 15. Mil. 1. 1. verſ. 9. & 3. 2. v. 39. Rud. Prol. v. 34.

Terent. Eunuch. 2. 3.

*Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.*

Cicero pro R. Amer. *Duo filij propter patrem cubantes.* In Piſon. *Hic vir eſt clariſſimus, qui propter te ſedet. L. Gellius.* Varro atteſtatus eſt Fortunam, *propter* cuius *aram* ea hoſtia erat cæſa. Sæpe apud Lucretium. Exempla videſis in doctiſſimo libello Antonii Schori, quem *Obſeruationes LL.* inſcripſit.

*propter viam*: Sacrificii quoddam genus propter viam, in quo ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igni conſumi neceſſe erat: quo alludit noſter. Rud. 1. 2. ver. 62. Vide Macrobium lib. 2. cap. 2. Turneb. 9. 4 & Feſtum: nec non Muretum ad Tibull. lib. 1. Eleg. 1. & Phil. Plaut. *Sacrificiorum.*

*propudioſa.* Truc. 2. 2. v. 16.

*propudioſus homo.* Stich 2. 3. v. 9.

*propudium.* Pœn. 1. 2. v. 60.

*propudium*: dedecus adulterii vel ſcortationis. Mil 2. 4. v. 11.

*propudium*: pro *impudico*. Bacch. 4. 1. v. 7.

*propudium*, κάθαρμα, de ſcelerato homine. Curcul. 1. 3. v. 34. de fœmina.

*prora nauis.* Merc. 1. 2. v. 75.

*proreta* eſt, qui in prora & ventos aucupatur & captat, & eorum conuerſiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes ſcopuloſque, ne nauis eis impingatur, proſpicit & explorat. Rud. 4. 3. v. 75. vide Turneb. 28. 43.

*prorogare ſpem.* Aul. 3. 5. v. 58.

*prorogare vitam.* Pſeud. 3. 2. v. 38.

*prorſum rurſum.* Ante, retro. Amph. 5. 1. v. 60.

*prorſum.* in anteriorem partē. Vor ſich. Ciſt. 4. 2. v. 32.

*prorſum*, pro *recta*, quaſi *proverſum*. Epid. 4. 2. v. 12. Perſ. 4. 5. v. 5. vbi tamen Langg. Mſſ. legunt *proſum*. & fortaſſe an non male. Sic *proſa oratio* dicitur recta, non inuerſa, quæ metri lege ſoluta eſt. Prorſum enim antiqui productum dicebant & rectum. Vnde Varro ait apud Plautum proſis lectis ſignificati rectos. Alii Proſam orationem aiunt dictam ab eo, quod ſit profuſa, vel ab eo, quod ſpatioſius proruat, & excurrat, nullo ſibi termino præfinito. Sic apud Agellium libro vigeſimo, capite 4. & lib. 19. cap. 7. leg. *ex proſa orationis*

*tionis uſu*, vbi volgo *exploſa*, male. Afranius *Emancipato*: *Vetuit me ſine mercede proſum paucus remeare includam*.

*prorſus nullo modo*. Trin.3.3.v.1.

*prorſus*, πρόσω: vt *Tranſuerſus*, πλάγιος. Varro lib. 6. LL. *prouerſus*. Pſeud.4.1.v.45.

*proſapia*. Merc.3.4.v.49.

*proſapia*. ſtirps generis. Curcul. 3. v.23.

*proſcenium*. locus ante ſcenā. Amph. Prol. v.91. Pœn. Prol. v.17. Truc. Prol. v.10.

*proſcindere terram*: arare. Trin. 2. 4. v.122.

*proſe*, h.e. libere. Proſe, & proterue. Amph.2.2.v.207.

*proſeda*. Meretrices à proſedendō in meritoriis, vel fornicibus. Pœn.1.2. v.55.

*proſentire*: pro *præſentire*. Mil. 4. 4. verſ.16. Sic Amph.5.1. v.19. *prouidere*. & *prodicere*. vnde *prodigia*, quaſi *prodicia* apud Feſtum Pompeium.

*proſequi aliquem foras*. Rud.4.4.v.6.

*pro ſe quiſque*. Amph. 1.1.v.76. valet ſtudioſe, ſumma ope, omnique conatu.

Virgil.

*Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.*

h.e. quantum quiſque poterat.

*proſerpens beſtia*, eſt ſerpens. Aſin.3. 3.v.105. Stich.5.4.verſ.42. De homine garrulo & aſtuto. Perſ.2.4. v.28. Pœn.5.2.v.74. Aſi.3.3.v.105. Turn.10.24.

*proſerere linguam*. Aſinar. 4. 1. verſ. 50. Vſus etiam Liuius, *Exſerere linguam*.

*proſeruere*. Amph. Prol. v.126.

*proſicari* dicebantur exta cocta. Vnde & *proſecta*. Pœn.2.1. verſ.9. De iis partem adolebant, partem conſecrabant, ſacerdotibuſque dabant, partem ſibi apponebāt. Turn. lib.15. cap.7. vide etiam Nonium & Feſtum.

*proſpectare*. Moſt. 3. 2. v.152. Mil.3.1. v. 2.

*proſpectus ſterilis*: ab hominibus vacuus. Mil.3.1.v.14.

*proſperare*. actiuè. Amphit. Prolog. v.13. Caſin. 5.4. verſ.26. Perſ.2.3. v.11.

*proſperare alicui*. ex animi ſententia largiri. Caſ. 5. 4. verſ. 26. Perſ.2. 3. v. 11.

*proſpicio*, pro *Cernere*, *Videre*. Curc. 2.3.v.38.

*proſpicere ſibi*: conſulere ſibi. Merc. Arg. ſec. v.7.

*proſpicere alicui*. Trin.3.2. v.62.

*proſternere aliquem iunctis quadrigis*. Men.5.5.v.36.

*proſtibile*: vile & proſtibulis conueniens. Stich.5.5.v.24. *proſtibulum* dicitur meretrix, qui & dies & noctes corpus ſuum proſtituit.

*proſtibulis*: meretrix vulgatiſsima. Perſ.5.2.v.56. vt *reſtibilis*.

*proſtibulum* dicitur meretrix, quæ ante ſtabulū ſtat, quæſtus diurni & nocturni cauſa. *Nonius*. Aulular. 2.4.v.6.

*proſtituere* eſt παραδειγματίζειν. Pſeu. 1 3.v.2.

*proſtituere*: ad dedecus. Pſeudol.1.2. v. 45.

*protelare* eſt abigere, & longè propellere. Mercat. Argum. ſec. v.11. Ab aſsiduo telorum iactu, vt explicat Donatus ad illud Ter. Phorm.1.4. *Ne te iratus ſuis dictis protelet*. Alii tamen explicant *Irritare & perturbare*. Tu mihi vide Ioſephi Scaligeri Catalecta pag.... & ad Catul. Car.53 itemq; ad

ad Varronem:nec non Turneb. Aduer.l.24.c.42.

*proterere pedibus.* Truc.2.2.v.13.

*proterritus.* Trin.3.2.v.77.

*proteruè.* Truc.2.2.v.1.

*prothyme:* προθύμως, alacriter. Pſeu. 5.1.v.36.

*prothymia:* animorum alacritates, & promptæ voluntates. Stich.4. 2.v.53. & 5.2 v.11.

*protinàm.* ἐξαιφνῶς, continuò. Caſ. 5.3.v.13. Curc.2.3.v.83. Bacch.3.1. v.7. Perſ.4.5.v.8.

Terent.

*Atque hinc me conijcerem protinàm in pedes.*

*protollere*, differre Caſ.2.8.v.12.& 3. 5.v. 43. Etiam Lucret. vſurpat. ſicut & *Extollere.*

*protollere:* porrigere, proferre. Pſeu. 3.2.v.71.

*protrahere capillo.* Merc.4.4.v.58.

*protrahi ad paupertatem.* Trin.1.2. v.72.

*prouehi in altum.* Mil.2.1.v.39.

*prouenire*, prodire. Pſeud. 1.5. v. 155.

*prouenire:* euenire, procedere. Moſtel.2.v.67. Menæch.5.5. verſ.61. *Nimis prouentum eſt nequiter.* hoc eſt, res male ceſſit. Rud.3.5.v.57. *Edepol prouenit nequiter multis modis.* Stich. 2.3.verſ.72. *Prouenisti futile.* Trucul.2.4 v.35. *Cum bene prouenisti gaudeo.* Hinc *prouentus*, de ſucceſſu proſpero dixit Cæſar l.2. de Bello ciuili.

*prouenire bene.* Trucul.2.4.v.33. vide litt. B. *Bene.*

*prouenire rectè.* Truc.2.6.v.35.

*prouenire:* ſuccedere. vide *Synonyma.*

## PROVERBIA PLAVTINA.

*A minimo ad maximum.* Pſeud. 3. 1. v.10.

*Ab aſinis ad boues tranſcendere.* De inæquali neceſſitudine. Aul.2.2. v. 58.

*A fundamento.* Rud.2.6.v.55.

*Acetum comedere vt mures, aut quaſi lumbricus terram.* Caſin. 1.1. v. 38. 39.

*Acetum habere in pectore.* ſapientem eſſe. Bacch.3.3.v.1. Pſeu.2.4.v.49. Sic Horat. l.1. Sat.7. v.32.

——— *Italo profuſus aceto.*

Ariſtophan. Pluto. ὄξει δριμυτάτῳ σφηττίῳ.

Perſius Sat. 5.

— *aurem mordaci lotus aceto.*

Auſon.

— *decies ſi cor purgetis aceto.*

Seneca Controu. 10. talem hominem vocat *acida lingua.*

*Acta eſt res.* Rud.3.3.v.21.

*Actum rem agere.* incaſſum laborare. Ciſtel.4.2.verſ.36. Terentius Adelph.3.2. *Actum eſt.* vbi Donatus : Verba ſunt deſperationis. Nam Actum eſt, dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia.

*Actum eſt.* Stich.5.5.v.10.

*Actum eſt, Ilicet.* De rebus deſperatis. Ciſt.4.2. v.17.

*Acu rem tangere.* Rud.5.2. v.19.

*Acum quærere.* de ſumma diligentia quærendi. Men.2.1.v.13.

*Adſtare*, pro *ſtare.* Aul.1.1.v.17. Caſ. 3.3.v.5. Sic vſurpat quoque Martialis Priap. 61.

*Autumnis ſterilis duobus adſtem.*

Ennius apud Nonium:

*Adſta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum*

*Contempla.* ———

*Ad Genium ſapere*, placere. Perſ. 1.3. v.28.

*Ad eundem ſaxum me fluctus ferunt.* Moſt.3.1.v.143. Allegoria à naufragiis.

*Ad incita redigere*: ad ſummam egeſtatem. Pœn.4.2.v.85. Trin.2.4.v.136. vide lit. I. *Incita. Calceos capere neſcio*. Truc.4.2.v 52.

*Ad rauim aliquid poſcere*: eſt enixè contenteq; aliquid petere. Aul. 2.5. v.10.

*Ad umbilicũ deducere*: modò ad medium, modò ad finem transferri ſolet. Men.1.2.v.45. vide lit. V.

*Æacidinæ minæ*: pro grauiſſimis & irarum pleniſſimis minis. Aſin. 2.3.v.25.

*Ædificare* prouerbialiter dicuntur il i, qui columnam mento ſuffulciunt. Vnde *Os columnatum*. Mil.2.2.v.54.56.

*Æquè odiſſe atque angues*. Merc. 4. 4. v.21.

*Æſtiuè viaticatus*. Men.2.1.v.30. vide *Æſtiuè*.

*Affligam ad terram te itidem vt piſcem polypum*. Rud.4.3.v.71.

*Age ſi quid agis*. Perſ.4.4.v.108.

*Aiacem hunc cum vides, ipſum vides*. De homine furioſo. Captiu. 3.4 v.82.

*Alas hirquinas vellere*. De impudicis. Pœn.4.2.v.50.

*Albo ariete aliena occupare bona*. hoc eſt, honeſto prætextu inuadere alterius bona ſub ſpecie æquitatis. Perſ.1.2.v.22.

*Alligare canem fugitiuam agninis lactibus*. De re periculoſa. Den Hundt nach Schmer ſchicken. Pſeud.1.3. v.84.

*Allium cum ſale obſignare*. Perſ.2.3.v.15. De præparcis & tenacibus hominibus.

*Aliquid mali propter vicinum malum*. Mercat. 4.4. verſ.32. Talia ſunt Hebr. *Væ malo*. & *Væ vicino eius*. & *contubernales improbi cum eo vapulant*. De quibus videndus Ianus Druſius in Comment. ad Prouerb. ...*en ſita*.

*Aliter catulis lo...è olent, aliter ſues* Epid.4.2.v.9. De rebus multùm diſſimilibus. Canis enim fœmina facile ſuos catulos a porcellis dignoſcere poteſt.

*Alterâ manu fert lapidem, panem oſtentat altera*. In hypo...ry...as & falſos amicos. Aul.2.2.v.18. vide Eraſmum.

*Amat te tanquam oculos*. Milit. 4.1. v.37.

*Amicè amico operam dare*. Mercat.3. 1.v.1.

*Anguilla eſt: elabitur*. Pſeudol.2. 4. v....

*Animus eſt in naui*, Perſ.4.6.verſ.27. Terentius imitatus eſt: *Animus eſt in patinis*.

*Antiquum obtinere*. Moſt.3.2.v.103. vide litt. A.

*Aquam plorat, quum lauat profundere*. Aul.2.4.v.29. In hominem præparcum & illiberalem nimis atque ſordidum, qui vſque adeo ſit nõ attentus ad rem mòdò, ſed miſer, vt illuuiem & ſordes aquę, quâ fuerit ablutus, vereatur effundere, velut vſu aliquando futuras.

*Aquam à pumice poſtulare*. Perſ.1.1. v.42.

*Arceſſit ſibi malum iumento ſuo*. Amphit.1.1. v.171.

*Arundo alas verberat*. Bacch.1.1.v.17. De fraudibus, quibus quis quaſi viſco tenetur. vide Adagia pag.542. Edit. Wechel.

*Aſpergere aquam* prouerbialiter dicitur, prò, Seruare & recreare eum, qui quaſi deliquium animi paſſus ſit. Bacch.2.3.v.13.

*At iam ante alii fecerant idem*. Epid. 1.1.v.30. Quod imitatus eſt Ter. Adelph.

Adelph. 4. 5. Formula excuſandi malitiam.

*Atrior quam Ægyptii.* Pœnul. 5. 5. v. 11.

*Audire tanquam per nebulam.* Capt. 5.4.v.27.

*Bellerophontis littera*, quæ contra eum ſcriptæ ſunt, qui illas defert. Bacch. 4.7. v.17. vide apud Druſium, *Vriæ litteras perfert.* Prouerb. Claſſe 1. libro 5. Adag. 36.

*Bene nauis agitatur, pulchre hac confertur ratis.* De periculo, quod effugiſti. Bacch.4.6.v.27.

*Bilem mouere*, prouerbialiter dictum, pro moleſtum eſſe, & iniucundum eſſe. Bacchid.3.6.v.8. *Non placet mihi cœna, quæ bilem mouet.*

*Bolo tangere.* A piſcatoribus. Truc. Arg. v. 3

*Bona ſua pro ſtercore habet.* Truculent. 2.7. verſ.5. Græci dicunt ἐκ... τόπερ⸗ τῆ κόπρε. Apul.11.Florid. *Rem familiarem abiicit, velut onus ſtercoris.* Val.M.lib.9.c.1. de Clodio Æſopi. Lucillius:

*Prætor noſter adhuc quam ſpurco eſt ore, quod omnes*
*Extra caſtra, ut ſtercu' foras eiecit ad vnum.*

*Cœna Thyeſtæa.* Rud.2.6. v.25. vide Fabulam apud Ouid.Metam. & Natalem Comitem in Myth.

*Callum aprugnum callere aquè ... ſinam.* Pœn.3.2.v.2.

*Canina ſcaua melior quam latratus & probra mulierum rixoſarum.* Caſ.5.4.v.4.

*Caput eſſe alicui rei.* h. e. authorem & originem. Aſin.3.3.verſ.139. & 140. Dicitur de re inchoata, nec dum perfecta. *Nec caput nec pes apparet.* Cicero lib.7. Ep. ad Curium: Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis litteris non multum opus fuiſſe propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum ſcribis, *nec caput, nec pedes.* Horatius Epiſt. ad Piſon. v.8.

*Carbunculus amburet ei corculum.* h. e. mœrore conficietur. Moſt. 4.2.v.70.

*Caſſa memorare.* futilia, & caſſa nuce leuiora dicere, loqui. Ciſt. 4. 1. v. 16. Vbi Palmer. *campas* mamauult. Sed nullo libro iuuari poteſt, nulliſve veſtigiis.

*Vnde gentium.* Ciſt. 4.1.v.16.

*Centones ſarcire.* Epid.3.4.v.19. vide litt. C.

*Certa amittimus, dum incerta petimus.* Pſeud.2.3.v.19.

*Citis quadrigis citius properare, aliquid perſequi.* Aul.4.1. v.14.

*Citius abeunt, quam in curſu rotula circumuortitur.* Perſ.3.3. v.38.

*Citius extemplò fugiunt, quam ex porta ludis cum emiſſus eſt lepus.* Perſ. 3.3.v.30.

*Clauus Cupidinis*, pro ſolidiſſimo vinculo, & quaſi adamantino. Aſin.1. 3.v.4.

*Cogere examen mali tergo in ſe geſti.* Truculent. 2. 2. verſ. 59. Sua ſuo ſibi malo commiſſa non faciet in me expetere.

*Collatis ſignis depugnare.* Coniunctâ operâ. Mit einem hellen Hauffen darein ſchlagen. Caſin. 2. 5. v. 45.

*Collo rem ſoluere.* Pœn.5.6.v.17. *quaſi baiulus.*

*Condoctior ſum, quam in Tragœdia Comici.* Pœn.3.2.v.3. Perſ.4.2.v.4.

*Confit citò, quaſi ſi obiicias formicis papauerem.* Trin.2.4.v.8.

*Confoſſiorem facere ſoricinâ naniâ.* h.e. in minutiſſimas partes confodere,

fodere. Bacch.4.8.v.48.vide litt. C. & *Nænia*.

Prouerbii formam obtinet illud Stich.2 2 v. 33. *Contundam facta Talthybii, contemnamque omnes nuntios*: h.e. Efficiã vt fama Talthibii nuntii Græcorum nulla ſit præ mea fidelitate in nuntiis procurandis.

*Cõuerrere aliquẽ cum puluiſculo*. Rud. 3.6.v.7. Truc.Prol.v.19.

*Corium ſit tam maculoſum, quam eſt Nutricis pallium*. Plautus Bacch. 3.3.v.30. protulit de plagis, quæ infliguntur pueris delinquentibus. Nutriceś.n. à pueris, quib⁹ mammã præbent, ſolent comaculari. Vel, inquit Longol. intelligitur palliũ Nutricis Deorum Cybeles, quod lyncum pantherarumque pelle varium erat.

*Cor meum exſpectat colligatis vaſis*. Sumptum à re militari, vbi vaſa conuaſantur, & colliguntur. Pſeud.4.3.v.16.

*Cornua obuertere*. Pſeud.4.3.v.5.

*Cuculus*, de homine ignauo. Aſin.5. 2.v.73 84. Pſeud.1.1.v.94.

*Cucus ſi in ludum iret, potuiſſet iam fieri, vt probè litteras ſciret*. Perſ. 2. 1. v. 6.

*Cudere numos plumbeos*. Friuolis dictis ac factis aliquem decipere. Moſt.4.2.v.11.

*Cui peculii nummus non eſt plumbeus*. de pauperrimo. Caſin. 2. 3. verſ. 40.

*Cuius ego noctes vel nebula cyatho non emam*. De re nihili. Pœnul. 1. 2. v.62.

*Curculiunculos minutos narras*. Res nullius vſus. Rud.5.2.v.38.

*Cum aceto prandere & ſale*. De ſumma paupertate. Rud. 4. 2. v. 42.

*Cum puluiſculo rem auferre*. Truculent. Prol.v.19. Eſt nihil quicquã reliqui facere, ſed omnia conuerrere, ac minimã etiam ſcobem ac ramentum puluerem q. rapere. Vide etiam Adagiographos: *Ne paxillus quidem relictus*.

*Cum ornamentis omnibus venalis ſum*. Prouerbialiter dictum. Stich 2. 1.v.18. hoc eſt, totus, cum omnibus ſuis rebus. Simi[l]ia ſunt i[l]la apud Ciceronem pro Quinctio: *Sed etiam victus, veſtitusq; neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubiectus eſt*. Et pro Seſtio: *Viuus, vt aiunt, & videns cum victu ſuo ac veſtitu publicatur*.

*Cura aliud*. Vetus formula, qua ſecuros eſſe alios iubebant. Mil.3. 3.v.55. & 4.2.v.96.

*Curio* dicitur in hominem gracilem & macilentum: qui curis ſemetipſum macerat & conficit. [Au]l.3.6.v.26.

*[Cu]rtium infortunium*. Pſeud. 4. 7. v. 44. vide litt. C.

*Dædaleis remigiis ferri*. Amph.Sc.*Dî voſtr*. v.51.

*De Coclitum proſapiâ*. in deſioculum. Curc.3. v 23. *De iſtac re in vtrumuis oculum conquieſcito*. vel *aurem* etiam. Pſeud.1.1.v.121.

*De Medico aut Chirurgo iactabundo* efferri poteſt illud Menæch. 5. 3. v.9.

*Ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio:*

*Apollini autem brachium*.

*De veſpere ſuo viuere*. Eſt furtis ſuis vitam ſibi parare: quemadmodum Durantius Caſellius explicat locum prouerbialem Mil 4. 2. v. 5. Nimirũ Romæ in Suburra veſperi res furtiuæ venundabantur: vt notat Acro ad Horat. Sat.1.

Sat. 1. *Fallacem circum, veſpertinumq; pererro ſæpe forum.*— vide Durant. lib. 1. cap. 5. Variarum. Paulo aliter Lipſius ad 14. Annal. Taciti Pag. 366.

*Deis proximus.* Pſeud. 5.1.v.13.

*Delingere ſalem* dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Curc. 4.4.v.6.

Horat. lib. 2. Od. 16.

*Viuitur paruo bene, cui paternum*
*Splendet in menſa tenui ſalinum.*

*Delphis tibi reſponſum dicito.* Pſeud. 1.5.v.65. Lucret.

*——multo certius quam*
*Pythia, quæ tripode ex Phœbi lauruq; profatur.*

Cic. ad Brutum: *Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta: nihil poteſt eſſe verius.*

*Demenſum dare, non modio, neq; trimodio, verum ipſo horreo.* De ſumma hilaritate. Men. Prol v.14.15. Cic. lib. 6. ad Att. *Sic illa iam habent, pleno modio, verborum honorem, &c.*

*Dentes dentiunt.* De nimium famelicis. Mil: Glor 1.1.v.34.

*Detergere menſas:* de paraſitis. Men. 1.1.v.2.

*Depugnato prælio venire.* Men. 5.6.v.31. In eos qui ſero auxiliũ ferunt.

*Dies quaſi ſenex tabeſcit.* Stich. 5.1.v. 8. vide *Dies.*

*Dictum ſapienti ſat.* Perſ. 4.7. verſ. 19. Galli ſic exprimunt: *A bon entendeur peu de paroles.*

*Difflare aliquid ſpiritu, quaſi ventus folia.* Mil. 1.1.v.17.

*Digna indigna habenda ſunt herus quæ facit.* Capt. 2.1.v.6.

Virgil. in Ciri:

*Omnia me potius digna atq; indina laborum.*
*Millia viſuram.*——

Terent. *Iuſta iniuſta me facturum.*

Æſchylus:

Δοῦλε δεσπότου ἄκουε καὶ δίκαια κ᾽ἄδικα.

*Digitulis primoribus aliquid ſumere.* vide litt. P.

*Digitum intendere:* Deridere. Pſeud. 4.7.v.45. Legendus Laertius in Diogene.

*Digitum longe, pedem efferre ædibus.* Bacch. 3.3.v.19.

*Digitum transuerſum, aut vnguem latum excedere.* Aul. 1.1.v.17. Cato etiam vſurpauit.

*Dimidium commune.* Prouerbialiter dictum: vt κοινὸς ἑρμῆς. Et ex iure ciuili ex communi partem qui vindicat, dimidium vindicat. Pſeud. 4.7.v.68.

*DIs aduorſari: quaſi Titani cum DIs belligerare.* Perſ. 1.1.v.26.

*DIs iratis & inimicis natus* De homine infelici & miſero. Mil. 2.3.v.43

*Dijs inimicis omnibus natus es.* Moſt. 3.1.v.32.

*Diuitiæ eius ita ſunt opimæ, vt inde excoquat ſeuum.* Capt. 2.2.v.31.

*Doctum docere.* Pœn. 4.2.v.58.

*Domi doctus.* Truc. 2.5.v.4.

*Domi doctus ſum.* Pœn. 1.2.v.7.

*Domi eſt.* Bach. 2.2.v.47. vide lit. D.

*Domi habere.* vide litt. D.

*Domi ſatis.* Mil. 4.4.v.18.

*Domi ſcio.* Truc. 2.7.v.4.

*Dormire.* Curc. 1.2.v.66. & *Somno operam dare.* Stich. 2.2. verſ. 40. in Prouerbio eſt, pro quieſcere: de quouis negotio.

*Dormire ſine omni cura.* Trin. 2.4.v. 20.

*Dorſus prurit* Prouerbialiter dictũ. Mil. 2.4.v.44. Similes formulæ apud Plautum ſæpe occurrunt: Amph. 1.1. *Perii dentes pruriunt.* Bacch. 5.2. *Caput prurit.*

Pœn.5.5. *Num tibi adoleſcens mala an dentes pruriunt?*

Pſeud. 1.1. *Supercilium ſalit.*

*Dulce amarum.* De ijs quæ ſimul læta & triſtia videntur. Ciſt. 1.1.v.71. Pſeud.1.1.v.61.& 2.4.v.1. Tru. 2.3.v.25.

*Dum pereas nihil inter duo.* Item: *Cicum floccum non interduo.* hoc eſt, ſúſque deque rem ferre. Capt. 3.5.v.36.

*Dum ſine me quæras, mea cauſa quæras vel medio in mari*: Epid.5.2.v.14. Prouerbij ſpeciem habet, quo etiam vtitur. Truc.2.6.verſ.46.

*E naſſa eſcam petere.* Mil.2.6.v.98. vide Eraſmum.

*Ebur candefacere atramento.* de re vana inutili. Moſt.1.3.v.101.

*Ecquid habet is homo aceti in pectore.* Pſeud.2.4.v.49. vide *Acetum.*

*Ego intra ſacrum & ſaxum ſto.* De ambigua ſorte. Sumtum à victimis, nempe porcis, quæ à Sacerdote ſaxo feriebantur. Capt.3.4.v.82. Simile eſt illud: *Intra malleum & incudem.*

*Ego iam te hic exurgebo quaſi penicillus nouus ſolet exurgeri.* Rud.4.3.v.70.

*Ego me tua cauſa, ne erres, non rupturus ſum.* Capt.Prol.v.14.

*Ego perbitare* (perire) *mauellem me millies, Quàm, &c.* Pſeud.4.4.v.6.

*Ego tibi ſum ſummus Iupiter. Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.* Capt.4.2.v.84.

*Elephanti corio eſſe circumtentum, nec plus ſapientiam habere quam lapidem.* De homine ſtolidiſſimo. Mil.2.2.v.80.81.

*Elidere oculos, itidem vt ſepijs faciunt coqui.* Rud.3.2.v.45.

*Emere melius eſt, cui imperes.* Perſ.2.4.v.2. Trin.4.3.v.54.

*Emere oportet, quem tibi obedire voles.* Perſ.2.4.v.2. Trin.4.3.verſ.54. Kauff dir ein Narren wiltu einen haben/ ich bin nicht feil.

*Emortuo verba facere.* Pœn.4.2 v.18.

*Enicas.* vox contra garrulos & importunos. Merc.1.2.v.45.

*Eodem mihi precio ſal perhibetur quo tibi.* Obtrectatio in eos, qui æquali ſunt ſorte & conditione. Perſ.3.3.v.24.

*Eradicare aures ſermonibus*, eſt moleſtum nimis eſſe, & occidere, vt loquitur Horat.⁹ de Arte, verſu 475. Epid.3.4.v.23.

*Eripere e manu m. nubium.* Ei poteſtate alicuius adimere rem ſperatam. Aul.3.4.v.12.

*Eſſe in tonſtrin* [illegible]i, decipi. Capt.2.2.v.16.

*Et lege & legionibus fugitare.* Pſeud. Prol.v.8. Prouerbium olet.

*Et operam & vinum perdere* de labore fruſtraneo. Aul.3.6.v.41. Alias dicitur: *Operam & oleum perdere.*

*Exordiri, detexere telam* Pſeu.1.4.v.6.

*Ex ſterquilinio effoſſus* in hominem ſordidum nauci. Caſ.1.1.v.26.

*Extra portam ire*; æquiualet ferè illi: ἐς κόρακας. *In malam rem.* Mil.2.4.v.6. Seneca Controu.1. *Extra portam iſtam virginem.* vide Phil.Plaut. Tit. *Suppliciorum.*

*Ex vno puteo non poteſt ſimilior aqua aquæ ſumi, quàm hoc eſt.* Mil.2.6.v.70.

*Fabulas narrare.* Men.5.1.v.25. vide *Nugas agere.*

*Faciam te follem pugillatorium. Quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circum vinciam.* Rud.3.4.v.16.27.

*Famem hercle vtendam, ſi roges, numquam dabit.* In auaritiæ geniale mancipium Aul.2.4.v.32.

Fames

*Fames & mora bilem in naſum conciunt.* Amph.Sc.*D*I *Voſtram*.v.41.
*Ferocem ſe facere.* Superbire. Curc.4.3.v.7. Moſt.4.2.v.9. Galli dicunt *Faire le braue.* vide *Ferox.* & *Facere.*
*Fides muliebris.* Mil.2.5.verſ.46. vide Prou. *Mulieri ne credas, nec mortuæ quidem.*
*Fidei non melius creditur.* Pœn.4.2.v.68.
*Fiſcum cum anima auertere.* Truc. Prol.v.22. Den Seckel mit dem Gelt nehmen.
*Flamma fumo eſt proxima.* Ad amores relatum. Curc.1.1.v.53.
*Floccum non interduim.* Trin.4.2.v.152. *Male viue & vale.* Trin.4.2.v.154.
*Folia ſunt.* de rebus nihili. Men.2.3.v.24.25.
Sic Apul.
*Folia ſunt artis, & nugæ meræ.*
*Folia ſunt farfari & nugæ meræ.* Pœn.2.1.v.32. vſus quoq; eſt Apuleius lib.1.Metam.Pag.5.Edit.Colu. Vti quidem inibi emendauit Lipſius.
*Formicinus gradus.* Men.5.3.v.12. Sic Catullus. *Myrmicæ incedere* Martial. *Eruſculum formicæ* dixit. vide litt.F.
*Frigidam ſubdolè ſuffundere* eſt clanculum mordere. Græci dicunt ψυχρεῖν, Galli *lauer la teſte* pro obiurgare, maledictis inceſſere. vide Theſaurum H. Stephani Tom 3. Col. 402. & ſuſpiciones *Iani Gruteri*, Doctoris noſtri. Ciſt.1.1.v.37.
*Fullonium fluctum potare.* comprimi inſtar fullonij panni. Pſeud. 3.1.v.15.
*Fungino genere eſt.* vide litt. F.
*Garriet, quoi neq; pes vmquam neq; caput compareat.* Capt.3.4.v.81.
*Genium ſuũ defraudare* Aul.4.9.v.15.
*Gerræ Germanæ* : λῆροι λήρων. Pœn.1.1.v.8.
*Glabriorem reddes mihi, quam volſus Lydius eſt.* De ſumma glabritie. Aul.2.9.v.6.
*Glaucomam ob oculos obiicere.* Mil.2.1.v.70.
*Habeo viros.* In manifeſto deprehenſos. Caſ.2.8.v.36. Terent. Adelph. 2.2. *Virum hoc habeo.* Sic Menippæa Varronis ἔχω σε.
*Habete vobis cum porcis cum fiſcina.* Merc.5.4.v.28. Cui conſonat illud. Pſeud.1.3.v.108. *Cum omnibus inteſtinis.* Nehmet jhn hin mit Haut vnd Haar/ꝛc.
*Habitat illic longe vſq; in campis vltimis.* Rud.4.3.v.95.
*Hæc mihi ex ſententia euenerant.* Men.5.9.v.89. & ſæpe alibi. vide litt. E.& S.
*Hæc nihilo mihi videntur eſſe ſectius, quam inſomnia.* Men.5.7.v.57.
*Hæc res eſt in vado ſalutis.* Aul.4.10.v.73. Terent. Andr. *Omnis res iam eſt in vado.* h.e. *in ſecuritate*, vti ibidem Explicat Donatus.
*Hecuba canis.* In mulierem maledicam Men.5.1.v.14.
*Hærere in luto.* Perſ.4.3.v.66.
*Hamum vorat.* verſatur in præſenti periculo. Curc.3.v.61. Simile eſt Bacch.4 6. *Turdus lubricum petit à trauſenna.*
*Helleborum hiſce hominibus eſt opus.* Pſeud.4.7.v.89. Horat.lib.2.Sat. 3.v.82.
*Hic vigilans ſomniat.* Capt.4.2.v.68. Sic Lucret. lib.3. *Et vigilans ſtertis.* Et Terent. Andria. *Num ille ſomniat, quæ vigilans voluit?*
*Hoc fac, &c. vel vſq; dum regnum obtinebit Iuppiter* : h. e. æternum. Men.5.1.v.28.

*Hoc tibi febris eſt.* de ſumma moleſtia. Pſeud. 2.2.v.48.

*Homo in medio luto eſt*: hæret, nec ſe expedire poteſt. Pſeud. 4.2.v.27. 28.

*Homo nullius coloris.* Pſeud.4.7.v.99. Prouerbium idem cum eo: *Albus an ater ſis: neſcio.* Phædrus Fab.54.l.3. *Vnde illa ſciuit, niger an albus naſcerer.* Huc quoque referendum illud Curc. 2.1.v.17. *De forma noui, de colore non queo nouiſſe.* Et milite.2.5.v.42. *Neq; vos qui homines ſitis noui neq; ſcio.* Vide etiam Aſin.2.2.v.86.

*Huius ſermones haud cinerem quæritant.* Mil. 4. 2. v. 10. Senſum ipſe Poeta exprimit in ſequentibus verbis verſu 11. *Quia enim loquitur lautè, & minime ſordidè.* Aliter Iunius in Adagiorum nouiſſima editione. Pag. 383. *Gruterus* Doctor meus interpretatur: *Haud quærit abſcondi abſtrudiq;.* Sed ſenſus alio interprete non eget quã ipſo authore. Cineris vſum nemo ignorat, eo elui & nitidari orichalcum. Iſta politie ſermones enim opus habere indicat: ſed illos eſſe puros, ſimplices, minimeque obſcuros.

*Id quod alius condiuit cocus, Ego alio pacto condiam.* Caſ.2.8.v.77.

*Illic homo meus eſt.* Prouerbium ſapit. **Da hab ich den Mann.** Pſeu. 1.3.v.146.

*Illuc, quorſum aſinus cadit calcibus.* Pœn.3.3.v.70. **Hinderſich wie die Bawren die Spieß tragen.**

*Imbrem in cribrum gerere.* Pſeud. 1.1. v.100.

*Imitari nepam retrouerſum cedere.* Caſ. 2.8.v.7. Pſeud.4.1.v.45. *Non prorſus ſed ex tranſuerſo cedit, q. cancer.*

*Inane cadere,* vt aerem verberare. Pſeud. 1.3. v. 73. *Inane cadit, dicta non ſonant.* Dictis non ſatis fit, ſed re.

*In eo ipſo aſtas lapide, vbi præco prædicat.* Bacch.4.7.v.17. In eum, qui præſens, videns, audienſque tamen deluditur.

*In faba reperire* de re nihili. Pueri in vermiculum, quem *midam* vocant, ſolent quærere: & inde triumphum agere. Aul.5.1.v.11.

*In foueam decidere.* In fallacias incidere, & decipi. Perſ.4.4. v.45.

*Inimicum emere beneficiis.* Trin.4.3.v. 49.

*In mentem mihi cauit Te bouem eſſe, & me aſellum, vbi tecum coniunctus ſiem.* De inæquali coniunctione. Aul.2.2.v.52.

*In oculis habere*: de ſummo amore. Pſeud. 3.2.v.68.

*In occipitio quoq; oculos habet.* Aul.1.1. v.25.

*In pertuſum dolium dicta ingerere. Operam ludere.* Pſeud.1.3.v.134.

Sic apud Lucret.lib.3.

*Et non omnia pertuſum congeſta quaſi in vas*

*Commoda perfluxere, atq; ingrata interiere.*

Vide Fabulam Danaidum.

*In ſcirpo nodum quærere.* Men.2.1.v.22 In res quæ nullius impedimenti ſunt, & quæ numquam poſſunt reperiri. vide Feſtum *Scirpus*: & Donatum in Andria Terent.

*In tuo luco & fano ſitum eſt.* Aul. 4.2. v.9. Sic Cicero *In meis caſtris præſidiiſq; verſaris.*

*Inter viuos quærere mortuum*: Fruſtra quærere. Men.2.1.v.15.

*Ire ſutrium.* Prouerbium in eos, qui ſuis rebus opibuſq; cõfiſi repræſentarent quibus deberent. vide *Feſtum* & *Eraſmum*. Caſ.3.1.v.10.

*Irritare*

*Irritare crabrones.* Amphit. 2.2.v.75. Suidas Octipedem excitabis Sc. ſcorpium. vide Plin. lib. 11.c.21. de Crabronibus.

*Ipſa ignauia ignauior.* Pœn.4.2.v.24.

*Iſti orationi opus eſt Oedipo coniectore.* Pœn. 1.3. v.34. Similes formulæ ſunt. Pſeud. 1.1.v.23.

*Has quidem litteras niſi Sibylla legerit.*

Item : *Vrinator Delius.* in Prouerbio.

Martial.l.10.Epig.21.

*Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris.*

Antiphanes apud Athenæum.

Τί δ' ὄντ' ἐστὶ οὐδὲ αὐ Ἀπόλλων μαθεῖν.

*Iſtuc mihi cibus eſt*, quod fabulare, h.e. libenter id audio, libenter hunc ſermonem edo. Aul.3.6.v.1. Ciſt. 4.2. v.54.

*Ita feſtinato, vt tibi decidant femina talos.* Pœn 3.1.v.67.

*Ita ſum.* Perſ.2.4.v.13. vide *Sic ſum.* & litt. I.

*Item vt Acherunti ratio accepti ſcribitur.* Truc.4.2.verſ.36. vide opus Adagiorum.

*Item vt de frumento anſeres abſterret.* Truc.2.1.v.41.

*Iterum mihi gnatus videor.* Pœn. 5.2. v.117.

*Iuncta quadrigis aliquem proſternere.* Men. 5.5. v.36.

*Lagena* in ebriolos dicitur. Curc.1. 1.v.78.

*Lapide ſilice ſtultior.* Pœn.1.2.v.78.

*Lapides loqui* dicuntur illi, qui res valde nobis inuiſas, exoſas, acerbas & moleſtas loquuntur. Vide Eraſmi Adagia. Aul.2.1. v.30.

*Latus lædere.* metum alicui incutere. Bacch. 2.3.v.47. Simile eſt illud in Catal. Virg. *Tangere latus ferro.*

*Lenior quam mutum mare. Liquidiuſculus quam ventus Fauonius.* Mil.3.1.v.69.70.

*Logi ſunt.* De rebus futilibus. Men.5. 2.5.v.29. vide etiam Prou. Λογοδιάῤῥοια quæ eſt verborum non concoctorum proluuies.

*Lupo agnum eripere.* Pœn. 3.5.v.31.

Lucillius:

*Eſuriente leoni ex ore exſculpere prædam.*

vide Adagiographos: *Ex ore lupi.* Dicitur quoq; alio Prouerbio: λύκος μάτην χανών, de ijs qui irriti abeunt voti ſui. Apuleius Apol. *Verum, vt Dii voluere, quaſi cæca beſtia incaſſum hiauit.*

*Lupus in ſermone.* Stich.4.1.v.71. Terent. *Lupus in fabula.*

*Luſciniæ deeſt cantio.* De garrulis mulieribus effert Plaut. Bacch. 1.1.v.4.

*Lydi barbari.* Curc. 1.2.v.63. Bacch. 1.2. v.13.

Auſon.

*Barbarus eſt lydus, fallax Geta.* ———

*Magis tranquillus*, pro, *tranquillior.* Bacch. 5.2.v.55.

*Magis calleo quam callum aprugnum callet.* Perſ. 2.5. v.1.

*Suo viatico reduxit me ex errore in viam*. h.e. ſuo ſumptu. Pſeud.2.3. v. 2. Sic Truc *Tuo veſtimento & cibo alienis rebus curas*.

*Supercilium ſalit*. Pſeud.1.1.verſ.105. Sumptum de more *Saliſatorum*, qui dicebantur ſuperſtitioſi hariolì, quia dum eis membrorum quæcumq; partes ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari credunt. Et erāt tria ex corpore humano omnium genera, *Tinnitus auris, Sternutatio, Saliſſatio*, ſeu palpitatio ex tremore membri alicuius, vt ſupercilii, humerorū, ſcapularū, dentium,

dentium,&c. Sed de his alia colligimus Phil.Plaut. Tit. *Ominis.*

*Surdum eſſe, ſurdè audire, ſurdo narrare*, in prouerbio ſunt. Caſin. 3.3. v. 12.

Terent. Heaut.

*Ne ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fabulam.*

Affranius: *Amentes ſurdè audiũt.*

Propertius:

*Ah pudeat, certè pudeat, niſi fortè quod aiunt*
*Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.*

Liuius 3. Hiſtor. *Haud ſurdis auribus dicta: impreſſione vna totum equitatum cudere.*

*Suſpendito te*.Pſeud.4.7.v.128.

*Surripere coronam ſacram Ioui*. Men. 5.5.v.38.Trin.1.1.v.47.

*Suus rex regina placet*.Stich.1.2.v.76.

*Tabula Iouis*. vide litt. T. & Eraſmi Adag. *Ex tabula Iouis teſtis.*

*Talento non emam*. Capt.2.2.v.24.

*Tam crebri ad terram accidebãt, quam pyra*. Pœn.2.1.v.38.

*Tam facile quam pyrum volpes comeſt*. Moſt.3.1 v.28.

*Tam frictum ego illum reddam, quàm frictum eſt cicer*. De ſumma fraude, qua aliquem circumducimus, & verſamus. Bacchid. 4 5. verſ.7.

*Tam hoc quidem tibi in procliui, quam imber eſt, quando pluit*. Capt. 2.2. v.86. De re notiſsima.

*Tam liquidus eſt, quam liquida tempeſtas*. Moſt.3.2.v.65.

*Tam tranquillus, quam mare eſt olim: cum alcedo pullos educit ſuos*. Pœn. 1.2.v.143.

*Tamquam Peliam recoquere*. Pſeud. 3.2.v 80.

*Tanti eſt, quanti fungus putidus*. Bacch.4.7.v.23.

*Tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci*. Stich.4.2.v.40.

*Tantũ tibi boni Dii immortales duint, quantum tibi optes*. Pſeudol. 4.1. v.25.

*Tardiores ſunt quam corbitæ in tranquillo mari*. Pœn.3.1.v.4.

*Tecum habeto*. Perſ.2.2.v.64.Rud.5. 2.v.60.

*Te nullum ſcitum eſt ſcitius*. Caſin. 3. 1. v. 11.

*Tectius tacitius tibi rem ſiſtam, quam quod dictum eſt mala mulieri*. Caſ. 2.2.v.21.Pœnul.4.2.v.54.Rud,4. 4. v. 70. Ter. Heaut. 5.3. *Pergin' mulier eſſe?*

*Teruntii facere*. Capt.3.1.v.17.

*Terram videre*. Menæch. 2. 1. verſ.3. vide litt. T.

*Tibi non eſt ſanum ſinciput*. Men. 3.2. v.41.& 4.2.v.69.

*Tinnire*: futilia garrire. Pſeud. 3. 2. v.99.

*Tondere aliquem auro vſq; ad viuam cutem*. Eſt prorſus emungere, & inopem reddere. Bacch. 2.3. v.8. Vide Adagia Eraſmi, *Ad viuum reſecare*. Ibid. *Facere aliquem arietem Phryxi*, eodem ſenſu.

*Tragici atque Comici nunquam æquè hanc rem ſunt meditati*. De iis, qui rem exploratiſsimam habent. Pœn.3.2.v.4.Perſ.4.2.v.4.

*Tragulam alicui iniicere*. pro dolos & fallacias ſtruere. Epid.5.2.v.24. vide *Tragula*.

*Stultior es barbaro Potitio*. Bacch. 1.2.v.15.

*Tribus non poſſim conducil bertatibus Quin ego illis hodie comparem magnum malum*. Elegantiſsima forma prouerbialis, quã ſæpe vtitur Plaut. noſter, & alii authores. vide Aſin. 5.2.v.37. Caſ.2.8. v.70. Horatius lib.1. Epiſt.2.ad

Lollium. v. 17. & ibi Comment. Lambini.

*Tuâ cauſâ nemo noſtrûm eſt ſuos ruptur us ramices.* Pœnul. 3. 1. verſ. 37.

*Tuâ quod nihil refert, ne cures.* Stich. 2. 2. v. 50.

*Tuam ſtultitiam ſola fateto, vt ſcias ſine aliis arbitris.* Wiltu ein Narr ſeyn / ſo ſey ein Narr in deinem Hauß. Ciſt. 1. 1. v. 66.

*Tunica propior pallio eſt.* Trinum. 5. 2. v. 30. Prouerbium, quo ſignificatur ex amicis nos a iis atque aliis magis eſſe deuinctos, neq; parem omnium habendam rationem. Affine eſt, *Sura genu propius.* Germ. Das Hembdt ligt mir näher als der Rock.

*Turbo nō aquè citus eſt.* de Vertumno aut Proteo quodam homine verſatili. Pſeud. 2. 4. v. 55.

*Tu modò quærere dotem.* Ciſtell. 2. 3. v. 20.

*Væ victis.* In prouerbium abiit, cum Roma capta a Senonibus Gallis, aurum ex conuentione & pacto appenderetur, vt recederent: quod iniquis ponderibus exigi querente Appio Claudio, Brennus Rex Gallorum ad pondera adiecit gladiū, & dixit, *Væ victis*: quem poſtea perſecutus F. Camillus, cum in inſidiis circumuentum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur. vide Volum. Adag. Pſeu. 5. 2. v. 19.

*Vapulare* iubebantur ii, quibus minabamur malum. Gr. οἰμώζειν, κλαίειν. Curcul. 4. 4. v. 12. Feſtus, *Vapula Papiria*, antiquis in Prouerbio fuit. De quo Sinnius Capito refert: tum dici ſolitum eſſe, cum vellent minantibus ſignificare, ſe eos negligere & curare, fretos iure libertatis. Plautus Fœneratrice vſurpauit. *Heus tu in Barbaria* (in Italia) *quod dixiſſe dicitur Liberta ſuæ patronæ, id ego dico tibi: Liberta ſalue: Vapula Papiria.* vbi Æliſus *Vapula* pro dole poſitum eſſe ait. Varro pro *Peri.* Terentius Phorm. 5. 6. verſ. 10. Horatius lib. 1. Satyr. 10. verſ. 91. *Plorare iubeo.*

*Vas Samiū citò confringi ſolet.* Bacch. 2. 2. v. 24.

*Vel Lycurgus hic ad nequitiem poſſit adduci.* de loco flagitioſo. Bacch. 1. 2. v. 5.

*Venare leporem, nunc Cirim tenes.* Prouerbialis locutio, Qui Cirim tenet, vtique leporem venari poteſt. Capt. 1. 2. v. 75. vide *Ciris.*

*Venari autem rete- iaculo in medio mari.* Aſin. 1. 1. v. 87.

*Venatum ducere inuitas canes.* Stich. 1. 2. v. 82.

*Vendere logos.* Stich. 2. 3. v. 57. 67. *Logi venales ſunt.*

*Vento ſecundo vehi.* Ciſtel. 1. 1. verſ. 15.

*Verba dare:* fallere. Epid. 1. 1. verſ. 85. Rud. 4. 4. v 28.

*Verba dare illi, non magis hodie quiſquā quā lapidi poteſt.* Moſt. 5. 1 v. 25.

*Verba ſine penu & pecunia* Ger. Viel Geſchrey/wenig Woll. Capt. 3. 1. v. 12.

*Vetera vaticinamini.* ἀρχαῖα λέγειν, friuola & inania loqui. Pſeud. 1. 3. v. 128

*Veterior lapide.* h. e. durior. Bacch. 5. 2. v. 31.

*Victitare lolio.* Mil. 2. 3. v. 50.

*Victor ſum:* voti cōpos. Pſeu. 4. 3. v. 19.

Vigi-

*Vigilans dormit.* de homine ſegni. Pſeud.1.3.v.151.

*Vincere ceruum curſu: & grallatorem gradu.* Pœn.3.1.v.27.

*Vincere cocleam tard tudine.* Pœn.3.1.v.29.

*Vineas pluteoſq; agere ad aliquem* Mil.2.2.v.111. Eſt omnes machinas & artes adhibere ad aliquem peruincendum,&c.

*Viſco tactum eſſe.* Plane irretitum eſſe aliqua re. Bacch.5.2.v.39.

*Viuus praſens.* olet Prouerbium. ζῶντι καὶ ὁρῶντι. Moſt.2.1.verſ.79. Terent. Eun.1.1. *Viuus Vidensque pereo.*

Lucret. lib. 5.

*Viua Videns Viuo ſepeliri Viſcera buſto.*

Et lib.3.

*Mortua cui Vita eſt prope iam Viuo, atq; Videnti.*

Cicero pro Quintio. *Huic acerbiſſimum Viuo Videntique funus ducitur.*

*Vmbra es.* &c. Mil.3.1 v.30,

*Vna edepol opera in furnum calidum condito, Atq; ibi torreto me pro pane rabido. Quam iſtanc operam à me impetres.quod poſtulas.* De inani opera. Caſ.2.5.v.1.

*Vna cornix ludificatur duos Volturios.* Moſt.3.2.v.150.

*Vna libella,* Exiguo pretio. Caſ.2.5.v.8.

*Vno ſaltu apros duos capiam.* Caſ.2.8.v.42.

*Vngulas injicere aliquo.* furari. Pſeud.1.2.v.48.

*Vorſutior es quam rota figularis.* Epid.3.2.v.35.

*Vſq; ex Vnguiculis.* Stich.5.5.v.20. ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν. Plut.

*Vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum.* Epid.5.1.v.17. Græci ἐκ ποδὸς εἰς κεφαλήν. Plura vide ad illum locum Petronij Pag.123.Edit. Goldaſtianæ. *A capillis Vſque ad Vngues.* Notas Douſæ Fil.Pag. 368. & Goldaſti Pag. 676. Edit. Goldaſt. Francofurt.

*Vtrumq; in alto Ventus eſt, exin' velum vortitur.* De mutabilitate voluntatis hominum. Epid.1.1.v.47.Pœn.3.5.v.9.

*Vti tamq; lippo oculo* De re qua carere non poſſumus, cum tamen damnoſa nobis ſit. Bacch.4.8.verſ.72.& Perſ.1.1. verſ.11.de ſeruis improbis. *Quaſi lippo oculo me herus meus manum abſtinere haud quit.*

*Vuam penſilem, aut litteram longam* ex aliquo facere, eſt *aliquem ſuſpendere* de alto. Aul.1.1.v.39.

*Vulcano ſtudere.* de furibus dicitur, Aul.2.6.v.10.

*Hucuſq; Prouerbia.*

*Prouidere aliquem.* Aſin.2. 4. verſ. 44.

*Prouidere ſibi,* cauere. Moſt.2.2.verſ.92.

*Prouincia caudicalis.* Pſeud.1.2.verſ.25.

*Prouinciæ.* pro, *munus, officium, eas partes.* Pſeud.1.2.v.14. *Dederamq; has prouincias.*

*Prouinciam capere* in cõuiuijs.Stich.5.4.v.16.17.

*Prouiſere.* Men. 5.1.v.4.

*Prouiſere:* porro viſere,longè,vltra viſere.Stich.5.1.v.2.4.

*Prouiſum & exploratum.* Capt.3.4.v.110.

*Prouocare* pro euocare Mil.4.3.v.29. Pſeud. 2.2.v.43. Stich.5.5.v.29.

*Prouocare.* porro vocare, accire, reprehendere, Anfahren. Bacch.3.3.v.40.

*Prouocare in aleam.* Curc. 2.3.verſ. 76.
*prouocator.* Truc.5.1.v.63.
*proximum*: vicinia. Milit.2.3.verſ. 16.
*proximus*, pro, *genere affinis*. Aul.2.1. v.9.
*proximus Deis*. Pſeud.5.1.v.13.
*proximus te*. Pœn.5.3.v.1.
*prurire* pro *geſtire*. Bacch. 5.2. v.74. vide etiam litt. G.
*prurire*. Stich.5.5.v 15.
*pruritus ſcapularum.* Perſ. 1.1. verſ. 32.
*pruriunt tibi dentes.* Pœn. 5. 5. verſ. 36.
*pruriunt dentes.* Amph. 1.1. verſic. 139.
*pterornithica pugna*: fictè. Pœn.2.1. v.25.
*ptolemocratia*. Rud.2.4.v.24.
*pubes* συνεκδοχικῶς pro omni populo. *Feſtus*. Pſeud.1.1.v.124.

Virgil.

—— *puppeſque tua pubeſque tuorum.*

*publicare corpus meretricū eſt*. Bacch. 4.8. v.22.
*publicani.* Truc. 2.2.v.43. ἀλληγορικῶς de amatoribus.
*publicè*. Trin.4.3.v.39.
*publici* Ædiles plebis. Truc.2.7.v.6.
*publicitus*. Perſ.4.3.v.40.& in Stichi loco, qui non reperitur hodie in fabula.
*publicitus*: de publico. Amph. 4.2. v.7.
*publicitus* antiqua in flectendi forma: pro, *Publicè*. Bacch.2.3.v.79. Sic *Solemnitus* pro ſolemniter. Et ſimilia.
*publicum*: vectigal. πλωρία. Truc. 2.2.verſ.40. ἀλληγορικῶς de agro muliebri, eiuſque quæſtu.
*publicum*: quod in publico agitatur. Stich.5.4.v.35.
*Ducere ſe pro aliquo*. Stich. 4.1.v.64. *Ducit ſe pro adoleſcentulo*. Capt.2. 3.v.76.
*pudeo*. Caſ. 5.2.v.3.
*pudendum eſt*. Epid.2.1.v.2. Truc.2. 2.v.14.
*pudens gnatus*. Aſin.1.1. v.68.
*pudere abſolute*. Aul. 4.10. verſ. 60. Bacch.3.3.v.79. Epid.2.1.v.2.
*pudere aliquid*. Epid.2.1.v.3.
*pudet* cum accuſandi caſu. Mil. 3.1. v.29.
*pudet me Deum atque hominum*. Trin. 4.2.v.67.
*pudet id*. propter id. Epid.1.2.v.4.
*pudica Virgo*, quæ omnino virum ignorat. Curc.1.1.v.51. Lucillius vocat *virginem ſignatam* illæſam & inuiolatam. Terentius *integram à viro*. Contrarium eſt *imminuta Virgo*. Apuleius: Coram virginem imminuiſſet parata conſtantia. *imminuere*: διακορεύειν.
*pudicitia eſt* Stich.1.2.v.43.
*pudicus*: pudens, verecundus. Trin. 3.2.v.71.
*puditum eſt*. Caſ.5.2.v.4.
*puditum eſt facti quæ facis*. Bacch. 3. 1.v.12.
*pudor adeſt in illo*. Stich.2.2.v.53.
*pudor Veſti comparatur*. Moſt. 1.3.v.7. Pacuuius. *Nam ſi te tegeret pudor, ſiue adeo cor ſapientia tributum foret.* Apul. Apol. *Pudor enim velut Veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur.*
*puella* etiam dicebatur, quæ iam matrimonio iuncta fuit: immò quæ vterum tulit. Ciſt. 2.3. verſ. 77.

Horat. lib. 3. Od.22.

—— *laborantes Vtero puellas.*

Sic

Sic Penelope apud Ouid. ſe puellam vocat, cum Vlyſſi iam olim Telemachum peperiſſet. lib. 2. Faſt. *iubet viduas ceſſare puellas.* h. e. à maritorum complexibus abſtinere. Ita Scæuola IC. *puellam* vocat, quæ erat vidua, & poſt alteri nupta. Agell. lib. 12. cap. 1. *puellam* bis vocat puerperam.

Eandem κατάχρησιν obſeruare eſt in voce *Adoleſcentis*, & *Virginis*. Nam Terent. Adelph. 4. 5. & 7. mulierem poſt partum *Virginem* vocat. Immò Iuriſconſulti docent quamuis viripotentem virginem mulieris nomine deſignati. De Adoleſcente vide quæ Gruterus noſter doceat ad Senecam Epiſt. 30. & Manut. in Epiſt. Cicer. ad Famil.

*puella* bella & tenella. Caſ. 1. 1. verſ. 20.

*puella paruola.* Curcul. 4. 2. verſ. 42.

*puer*: infans. Truc. 2. 5. v. 1.

*puer.* de impubere. Pſeud. 3. 1. v. 2.

*puer* pro filio more Græcorum. Amph. 5. 1. v. 72.

*puer* pro ſeruo, adminiſtro. Curc. 1. 1. v. 9. Moſt. 1 3. v. 149.

*puere.* vocandi caſu ἀρχαϊκῶς. Aſin. 2. 3. verſ. 2. *tanquam ſi eſſet à recto puerus.* & 5. 2. verſ. 42. Moſt. 4. 2. verſ. 32. 49. 74. Merc. 5. 2. verſ. 70. 89. Pſeud. 1. 3. verſ. 12. 13. 19. 20. & 1. 2. verſ. 37. Perſ. 5. 2. verſ. 14. Truc. 2. 6. v. 54.

*puer infans minutulus.* Pœn. Prol. v. 28.

*puer quadrimus.* Capt. 3. 5. verſic. 102.

*puer vſurarius* vide litt. V.

*pueri patricij.* Capt. 5. 4. v. 5.

*puer morigerus.* Capt. 5. 2. v. 13.

*puer ſeptuennis.* Merc. 2. 2. v. 21.

*pueri*: amaſij. Truc. 1. 2. v. 47. *Ad pueros ire.*

*puerperio ægra.* Truc. 2. 5. v. 11.

*pugilice valere*, vt pugiles ſolent, firmiter. Epid. 1. 1. v...

*pugillatorius follis.* Rud. 3. 4. v. 26.

*pugillatus.* iuuentutis exercitium. Bacch. 3. 3. v. 24.

*pugna clara & commemorabilis.* Pſeu. 1. 5. v. 111.

*pugna*: pro bello. Pſeud. 4. 7. verſ. 74.

*pugna*, pro fraude. Bacch. 2. 3. verſ. 40.

*pugna Pterornithica*: fictè. Pœn. 2. 1. v. 25.

*pugnacula.* De fraudibus ἀλληγορικῶς. Mil. 2. 3. v. 63. Deturbabo ego illum de pugnaculis.

*pugneæ mergæ.* Rud. 3. 4. v. 57.

*pugnam dare*, edere. Bacch. 2. 3. verſ. 40.

*pugnæ praliares* opponuntur velitationibus. Curc. 4. 4. v. 17.

*pugnam conſerere alicui.* Bacch. 4. 9. v. 43.

*pugnam dare.* fallaciam excogitare. Pſeud. 1. 5. verſ. 111. Sic Capt. 3. 4. verſ. 53. *Profectò iam aliquid pugnæ edidit.*

*pugnando vi.* Men. 5. 8. v. 5. Sic Vatin. Ciceroni. *Sex oppida vi oppugnando cepimus.*

*pugnata pugna.* Amph. 1. 1. v. 96. vide *Atticiſmus.*

*pugnare* & *pugnas dare* de ingenioſa aliqua fallacia vtitur Plautus. Epid. 3. 4. v. 61.

*pugnare*: controuerti. Rud. 4. 3. v. 72. 103.

*pugnare pugnam.* Pſeud. 1. 5. verſ. 110. vide *Atticiſmus* & *Parallela.*

*pugnum hoſpitium.* Amph. 1. 1. v. 140.

*Pugnei mergi.* Rud.3.4.v.57.
*Pugnis contundere.* Bacch. 3.3.v.46.
*Pugnu pectere.* Men.5.7.v.28. Pœn.1.2 v.145.
*Pugnis incurſare.* Pœn.4.1.v.3.
*Pugnis cadere ſtimulos.* Truc.4.2. v.55.
*Pudicitiam pellere*: eſt virginitatem eripere. Epid.4.1.v.15. Sic Paulus IC lib. 5. Sent. tit.4. *Pulſationem pudoris* dixit. Martianus Felix lib. 1. Cyllenius. *Rationabili propoſito conſtituit pellere calibatum.* Ita Quintil. *Rumpere virginitatem.* Apul. *Interficere virginitatem.* & *Deuirginare.* Liuius: *Expugnare decus muliebre.* Cæcilius: *Hymenem virginis deintegrare.* In Plauti tamen Epidici loco video. Politiorum literraum iuxta atque iuris Columellam illam *Obertũ Giſanium legere perpulit.* in obſeruationibus L.L. quas alij maligno exemplo ſuas fecerunt, & diu adeo litteratorum choro earum edendarum ſedenim ſuo nomine ſpem inſperatam fecerunt. Indidem igitur hæc iſta notauit Giſanius.

*Perpellere interdum eſt perturbare, euertere. Quod quidam cum non intelligerent, ſuis locis inſcite repoſuerunt vbique Percellere contra omnes libb & antiquitatem, Cicero pro M. Cælio: Quid tumultuaris ſoror: vicinum adoleſcentem adſpexiſti, candor huius te & proceritas vultus oculique perpulerunt. Plaut. Trin. 2.1. v. 27. Si animus hominem perpulit, actum eſt. Epid. 4.1. v. 15 Plane hic eſt quod mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit. (Sic ibi legendum puto: vulgo Pepulit.) Vlpian. lib. 1. §. Sed vtrum. ff. de ſeruo corrupto. Sed vtrum ita demum tenetur, &c. perpulit ad delinquendum. Ita Pandect. Florent. nam in aliis pepulit.* Hactenus Giſan. in obſeruat. ἀντιχδότοις, quas mecum communicauit Amicus quidam noſter.

*Pugnis vincere.* Trin.2.4.v.82.
*Pugnos obſerere.* Men.5.7.verſ.23. vide Giſanium Ind. Lucr. *Serere.*
*Pulcher.* cognomentum Clodiorũ. Mil. 4.2.v.46.
*Pulchrè.* probè, benè; ſeruit eleganter connubio Aduerbij. Amph. 2.2.v.49. Aſin. 5.2.v.63. Caſ.2.8. v.75. Curc.1.3.v.58. & 4.4.v.29. Epid.3.4.v.40. & 5.1.v.18. Bacch.2. 3.v.5. & 4.6.v.23. & 4.9. verſ. 145. Men.3.2.v.7. Pſeud.4.1.v.18. Trin. 1.2.v.101. & 2.4. v. 61. Truc. 2.8. v.6.
*Pulchrè* eſt *largiter.* Aul. 3.1.v.8.
*Pulchre emere*: cum lucro. Perſ. 4.4. v.38.
*Pulchre eſſe*: Belle viuere. Merc.3.3. v.22.
*Purchritudo pulchra.* Mil. 4.1. v.13.
*Pulchrum eſt prequam.* Aul. 3.5. v.33. *Melius, rectius eſt, quàm.*
*Palices.* Curc.4.2.v.14.
*Pullus*: ἀλληγορικῶς de amica, quæ metuit miluum amatori. Pœn. 5.5.v.13.
*Pulmentum.* cibus admodum pultis factus. Aul.2.4.v.42. Pſeud.1.2.v. 84. Inde pulmentarium προσφάγον, προσόψημα, ἐπόψησις, παρόψημα.
*Pulmentum bonum.* Rud.4.2.v.42
*Pulmoneus vomitus.* Rud. 2.6.v.27.
*Pulmonum diſtractio.* Curc. 2.1.v.22.
*Pulpamentum.* Cibus ex pulpa leporis. Curc.1.1.v.90. Pſeud.4.1.v.37. Mil.3.1.v.58. Stich. 5.4. v.31. Terent. *Tute lepus es, & pulpamentũ quæres.*

*Pulſa-*

*Pulſatio*.Bacch.4.2.v.1.

*Pultare*.Amph.Sc.*Tun' me*.v.5.Aſin. 2.3.v.2. Moſtel.2.2.verſ.15. Mil. 4.6.verſ.39. & 4.7. v.14.15. Pœn. 3.4.v.19.& 5.3.verſ.1. Stich.2.2.v. 36.38.42.

*Pultare fores*. Ciſt.3,v 7. Bacch.5.1. verſ.28.& 5.2, verſ.2. Moſtel.3.1. verſ.140.& 4.1.verſ.18.27.*Pultare oſtium*. Men.5.6.verſ.29. Trin. 4.2.v.25,29.

*Pultare ædes*.Bacchid.4.1.v.6.8.Moſtel.2.1.v.56.

*Pultare oſtium*.Pſeud 4.7.v.19.

*Pultare pectus digitis*.Mil.2.2.v.47

*Pultatio*.Truc.2.2.v.3.

*Pultiphagi barbari* dicuntur Pœni, qui arte lignaria claruerunt. Vnde *lecti Punici*. Plin. lib. 33. cap.11. Et *Feneſtra Punicana* Varroni. Et *torculare Punicum. coagmenta Punicana*. Moſt.3.2. v.146.Sic enim cum Illuſtri Scaligero de Pœnis accipere malim hunc locum, quam de Romanis: vt voluerunt Turnebus Lipſius & Lambinus.

*Pultiphagonides*: Pœnus pultiphagus.Pœn..Prol.v.53.

*Puluina*.Truc.5.1.v.13.

*Puluinarium*. Caſ.3.2.v.27. Pro quiete ſumitur.

*Puluinum*.Stich.1.2.v.37.

*Puluiſculus*.Rud.3.6.v.7 Truc.Prol. v,19.vide *Prouerbia*.

*Pumex* de auaro γριπικῶς. Aul. 2.4. v.18.

*Pumicei oculi*.aridi. Pſeud. 1.1.v.73.

*Punica laterna*.Aul.3,6,v.29.

*Puniceum corium*. Rud. 4. 3. verſ. 59. 60.

*Puppis pereunda eſt probè*. De rebus deſperatis. Quia omnino pereundum eſt, probè pereundum eſt.Epid.1.1.v.69.

*Puppis* ἀλληγορικῶς de malo,in fortunio,&c.Epid.1.1.v.69. Moſtel. 3 2.v.49.Bacch.Ouid.*Non agitur Vento noſtra carina ſuo*.

*Pura vaſa*.Capt.4.2.v.81.

*Pura manus*. Amph.5.1.verſicul. 42. vide Philoſ.Plaut.Tit.*Sacrificiorum*.

*Pure* pro *puer*. Curc.1.1. verſ.75. Lucret. libr. 4. *Puri ſæpe locum propter ſe ac dolia curta*. Cenſorinus ex Varrone ſcribit *primo gradu vſque ad annum* XV. *pueros eſſe dictos, quod puri ſint, atque impuberes*. Diminutiuum eſt *pullus*.

*Purè habere*: dicitur de virginibus. Aſin. 4.1. verſ. 61. Græcè dicitur ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν. Tibullus. *Et puro ſecubuiſſe toro*.

Propert.lib.2.Eleg.22.

*Triſtia iam redeunt iterum ſolemnia nobis: Cynthia iam noctes eſt operata decem*.

Idem lib.2. Eleg.19. *Votiuas noctes & mihi redde decem*.

*Purgare* excuſare.Caſ.4.10.v.5.

*Purgare ſe* excuſare.Amph.3.2.v.28. & 64.

*Purgitare*.Merc.4.3.v.37.

*Purgitare ſe*.excuſare.Aul.4.10.verſ. 23.

*Pugnis parcere in aliquo*. Men. 5.2. v.95.

*Purpura*. Moſt. 1.3. v.127. Men.1.2. verſ.12.Stich.2.3.v.51. Trucul.5. 1.v.54

*Purpura ex Sacra*.Truc.2.6.v.58.

*Purpurata*. veſte purpureà induta. Moſt.1.3.v.130.

*Purpuriſſata bucca*. Trucul. 2. 2. verſicul.35.Apul.Apol. *Purpuriſſata gena*.

*Purpuriſſum*. eſt ſpuma collecta efferueſcente purpurà, cum ex ea tinctu-

tinctura efficitur. illâ mmulieres vtebantur ad fucum ſuum. Moſt.1.3.v.103.

*Purum* dicebatur ab, quod in alienum vſum conuerſebatur. Sic Amph.3.2.v.65.& 5.1.verſic.74. *Vaſa pura*, & *Veſtis pura* dicebatur in ſacris, quæ neque funeſta eſſet neque maculam haberet ex homine mortuo.

*Puſillus mus*. Truc.4.4.v.15.

*Purus,a*.lotus, ta.Pœn.1.2.verſicul. 137.

*Putamina*.Capt.3.4.v.122.

*Putare* valet purum facere. *Ratio putari* dicitur, in qua ſumma fit pura. Plutarcho eſt ἐκκαθαίρειν λογισμόν.Aul.3.5.v.53.

*Putare rationem*. Moſtel.1.3.v.140. Trin.2.4.v.15.

*Putare rationem ſecum*. Caſ.3.2.verſ. 25.

*Putare argumentis*: pro diſputare. Nonius.Amph.2.1.v.45.

*Putére*.Moſt.1.2.v.66.

*Puteſco*.Curc.2.1.v.26.

*Puteus* pro barathro & hypogæo coquorum pœnæ deſtinato. Quod genus λάκκους vocabant. Vlpianus vocat *malam manſioſionem*.Aul.2.5.verſicul.21.&2.7. verſ.3.

*Puteus*.Pœn.5.3.v.53.

*Puteus altus*:imus.Men 4.4..v.14.

*Putillus* Græ. eſt ποσθάριον, πόσθων. ὑποκοριστικὸν eſt à *puta* ἡ πόσθη. ἡ ἐπὶ τῇ βαλάνῳ δέρμα: pellis, quà glans pudendi virilis integitur: cuius & περιτόμιον dicitur ἀκροποσθίον præpurium, non à præputando, vti docuit Scaliger ad Catullum. Etiam in Horatio ita legendum lib. II. Satyr. 3. verſ.216. *Putam aut putillam appellet* nempe ab ea parte quà puellæ feminæ ſunt id. Græci ὑποκοριστικῶς χοιρίον. χοῖρος enim in puellis ea pars eſt quà ſunt id, quod ſunt,hoc eſt puellæ & feminæ. Aſin.3.3.v.104.

*Putus*: pro puro dicebant Vett. Vnde putatæ vites, quòd cùm id quod impedimento erat, deciſum eſt, remanent puræ, vt Cornificius ait. Vide Feſtum, Nonium,Varronem. Pſeud.4.2. v.33.& 4.7.v.103. *Purus putus Sycophanta*.

πυρδαλιστής.Pſeud.1.5.v.73.

## Q.

QVà aduerbialiter. Men.2.1.v. 12.Mil.2.2.v.69.

*Quà*:alicubi.Men.1.2.v.34.

*Quà*:aliqua.Men.2.2.v.65.

*Quà* aliquà parte.Aul.2.4.v.22.

*Quà* aliquò.Ciſt.1.3.verſic.35.&4.2. verſ.59.

*Quà cauſá*. quare,quamobrē, cur: Aul.4.4.v.5. Ciſt. 1.1.v.84. Epid. 1.1.v.39.Men.3.2.v.35.

*Quà gratia*. h.e. cuius gratia, cur, quare.-Amph.2.2.verſ.32. Aul. 3.2.v.21.Curc.3.verſicul.84.Ciſt. 2.1.verſ.19. Men. 1.2.v.41. Rud.1. 2.v.2.

*Quà operà*. *Vná operá*. Pſeud. 1.3.v. 84.

*Quà* pro *quod*. Irata eſt quia non redierim. Ciſt.1.1.v.104.

*Qua* pro *qua* ποιητικώτερον. Epid. 2.2.v.106.

*Quaquà*. quacumque parte. Epid. 5.2.v.9.

*Quà* vbicumque.Aul.4.4.v..

*Quà*, *quà*: particulæ διαιρετικαί. Trin.4.3.v.37.

*Quaqua*: quacumque. *Mil*. 2.1.v. 14.

*Quà quá.* Particulæ deſtributiuæ eleganter vſurpatur paſſim ab omnibus authoribus. Aſin. 1.1. verſ.63. Mil.4.3.verſ.20.& 4.9. v.15. Trin.4.3.verſ.37. Sic enim vbique Mſſ. Camerario-Palatini. Exempla quædam adnotabo in gratiam Philologiæ ſtudioſorum. Cicero ad Atticum pag.34.a. *Quà dominus quà aduocati ſibilis conciſſi ſunt.* Idem ad Att.pag.246.b. *Intelligo te diſtentiſſimum eſſe quá de Buthrotijs, quá de Bruto.* Ibid.pag 148.a. *Quàm expedita conſilia tua, quám euigilata tuis cogitationibus, quá itineris, quá nauigationis, quá congreſſus, ſermoniſque cum Cæſare.* Plin. Epiſt. *Patruum diſtinctiſſimum fuiſſe negotijs quá priuatis, quá publicis.* Spartianus in Geta: *& diceret quá ioco, quá ſerio.* Sed ſatis. Alia colligerunt Muſarum illi Geniales ſacerdotes Rittetshuſius ad Guntherum pag.80. Modius Lect Nou.Epiſt.92. Iohan. Marias Catanęus Comment.li. 3.Plin.Epiſt.

*Quà quá.* partim. elegans particula, quà non tantum vſus Plautus noſter, verùm & alij autores Latinitatis. Aſin.1.1. verſ.63. Mil. 4.3.v.20.& 4.9.verſ.15. Tinum. 4.3.verſ.37. Sic enim vbique Mſſ. Cameratij. Cicero ad Att. lib.15.ep.18.

*Quoniam intelligo te diſtentiſſimũ eſſe, quá de Buthrotiis, quá de Bruto.*

Ibid. *Quà dominus quá aduocati ſibilis conciſſi ſunt.*

Ibid. *Quàm cupeditu conſilia tua, quám erigi lata cogitationibus quá itineris, quá nauigationis, quá congreſſus ſermoniſq; cum Cæſare.*

Et ad.Q. Fratrem. *Omnia conveſtiuit hedera, quá baſin villæ, quá intercolumina ambulationis.*

Plinius l 9.ep.11. *Quà varietas rerum, quá magnitudo largiſſimè ſuppetebat.*

Idem Plin. Panegyr. *Satisfactum quà ciuium, quá ſociorũ vtilitatib.*

Mamert. Paneg. *Hi cum in prouincias miſſi erant, quá ſacra quá profana rapiebant.*

Pacat. Paneg. *Iam te ipſum quá publicè, quá priuatim, &c.*

Horat.l.1. Sat.2.v.50. *Quà res, quá ratio ſuaderet, quaque modeſte Munificum eſſe licet.*

Liuius ſæpiſſimè. Eâdem vſus quoque Iuriſconſultos docuit. Fr.Modius. Nouanti.ep.92.ad P. Meliſſum. Satis nobis ſit huc congeſſiſſe probatiorũ authorum exempla: vnde elegantia huius particulæ addiſci facile poterit.

*Quadrantal.* Amphota eſt octo & quadraginta ſextariis continẽs Curc.1.2.v.15.

*Quadrilibris olla.* Aul.5.1.v.2.

*Quadriga.* Stich.2.2.v.19.

*Quadriga cita.* Aul.4.1.v.14.

*Quadrimus.* quatuor annorũ. Capt. Arg.v.2.Prol.v.8.

*Quadriga Solis vel Iouis.* Amph.1.1. verſ.292.

*Quadrigis, iunctis aliquem proſternere.* Men.5.5.v.36.

*Quadrigis rapere ad carnificem.* Pœn. 1.2.v.156.

*Quadrimulus.* Pœn.Prol.v.85.

*Quadrimulus puer,* quatuor annorum. Capt.5.3.v.4.

*Quadrimus puer.* Capt. 3.5. verſic. 102.

*Quadrupedare* de quadrupedibus dicitur. Capt.4.2.v.34.

Virgil.

Virgil.

*Quadrupedante putrem quatit vngula campum.*

*Quadrupes* pro *equo*. Aſin. 3. 3. verſ. 119. Virg. 11. Æn. *Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.*

*Quadruplex pecunia* quæ pro pœna furti exſoluitur. Curc. 5.2. verſ. 21.

*Quadruplari* eſt ad quadruplum pretium ſolendum cogi. Perſ. 1. 2. verſ. 10. 20. Videndi de hoc verbo Iuriſconſulti, inprimis Marcellus Donatus in Dilucitationibus ad Iulium Capitolinum Pag. 873. Turneb. lib. 3. cap. 9. Lipſ. ad cap. 20. lib. 4. Ann. Tac. pag. 197. Edit. Lugd. in 8o. Taubman. ad prædictum locum Plauti.

*Quadruplicare rem lucris.* Stich. 3. 1. v. 4.

*Qadruplum* Truc. 4. 2. verſ. 49.

*Qua*: aliqua. Aul. 2. 2. v. 84. Bacch. 3. 6. verſ. 9. Mil. 4. 4. v. 39. Pſeud. 1. 2. verſ. 35.

*Qua* pro qualis. Moſt. 4. 2. verſ. 28. *Quæ hæc eſt fabula?* Bacch. Scen. *Nunc experiar quæ vocatur*:

*Qua* pro *quia*. Moſt. 1. 3. v. 51.

*Quæ res bene vortat.* Trin. 2. 4. verſ. 171.

*Quæ res bene vortat!* Formula. Trin. 2. 4. v. 100. 102.

*Quæ vota ſunt*: paſſiuè. Amph. 3. 3. v. 11.

*Quæ hæres ſunt!* Formula indignandi. Perſ. 3. 1. v. 32. vide *Phraſeologiam.*

*Quæ vocatur*: pro, quomodo vocatur Bacch. 3. 3. v. 69.

*Quæne.* ἢ νε παρέλκει. Moſt. 3. 2. v. 51. Rud. 1. 5. v. 14. Stich. 2. 3. v. 45.

*Quæque*: quæcunq;. Aſin. 1. 3. v. 47.

*Quæcunq;*: Singula. Amph. 1. 1. vrſ. 252

*Quærere*: requirere. Men. 5. 1. v. 36. Propert. lib. 1. Eleg. 15. *Optatos quærere Tyndaridas.*

Albinouanus de Mecœnatis obitu.

*Sed manifeſtus erat moriens quærebat amata*

*Coniugis amplexus; oſcula, verba, manus.*

Proinde nihil mutandum Plauti loco dicto, vt ibi *Quæſere* reponatur.

*Quærere malum.* Ciſt. 1. 2. v. 23. ſeu 1. 2. v. 63. vide *Meretrices.*

*Quærere nodum in ſcirpo.* Men. 2. 1. v. 22.

*Quærere*: pro obteſtari. Aſin. 1. 1. v. 8.

*Quærere* pro acquirere, lucrifacere, adipiſci. Ciſt. 4. 2. v. 42.

Ennius:

*Nautiſque mari quærentibu' vitā,* h. e. victum ſibi quærentibus.

*Quæres?* indignādi particula. **Was iſt daß für ein Ding.** Pœn. 5. 4. v. 27.

*Quæritare.* ſedulò quærere. Amph. 4. 1. v. 6. Ciſt. 2. 3. v. 59. & 4. 2. v. 9. 58. 65. 95. Epid. 3. 4. v. 4. & 5. 1. v. 7. 11. Bacch. 4. 2. v. 5. Men. 2. 1. v. 15. & 2. 3. v. 55. & 4. 2. verſ. 5. & 5. 7. v. 9. Mil. 4. 2. verſ. 10. & 4. 6. verſ. 19. & 4. 7. verſ. 15. Pſeud. 4. 2. verſ. 7. 19. 22. & 4. 7. verſ. 41. Pœn. Prol. v. 105. & 3. 3. v. 66. 69. 76. Stich. 1. 1. verſ. 19. & 3. 2. v. 24. Trin. 4. 2. v. 48. 75. 84.

*Quæritare*: interrogare. Rud. 1. 2. v. 22.

*Quæritare circum.* Men. Arg. v. 6.

*Quæritare malam rem.* Pœn. 5. 5. v. 37.

*Quæritatum venire.* Men. Prol. v. 71.

*Quæri-*

*Quæ-ſitatum currere*.Merc.5.2.v.16.
*Quæritatum ire*.Rud.3.4.v.60.
*Quæ ere* rogare,orare.Bacch.2. 2.v. 1. Sic enim Feſtus, & Phocas Gram.Pag.1718.Edit.Putſch.
*Quæſere Deos*. Amph.2.2.v.88.&3.2. v.52.Rud. 4.7.v.30
*Quæſito opus eſt*. interrogatione o-eſt.Curc.5.1.v. 6.
*Quæſitum ire*.Men.2.1.v.7.
*Quæſo* idem quod amabo blandiẽtis.Moſt.4.2.v.33.
*Quæſo edepol*.Amph.2.2.v.121.Moſt. 4.3.v.32.
*Quæſo hercle*.Aſin.3.3.v.93.126.capt. 3.4.v.38. Moſt.5.2.v.54. Men.5.9. v.7.Merc.5.4.v.53.Pſeu.3.2.v.95. Truc.2.7.v.49.
*Quæſo te*.Trin.1.2.v.152.
*Quæſti ἀρχαϊκῶς* pro quæſtûs.Aul.1. 2.v.5.Moſt.5.1.v.58. Pœn. Prol.v. 95. Perſ.1.2.v.14. Etiam Terentius vſurpauit Hecyra.
*Quæſtio* pro *interrogatione*. Ciſt.2.2. v.6.
*Quæſtio* pro *inquiſitione*. Capt.2.2. verſicul.25. Ciſt.2.3. v.49. Trin. 4.3.v.5.
In *Quæſtione eſſe*.quęri.Pſeud.2.2.v. 68.Agell.lib.13.cap.14.
*Quæſtioni dare*. Moſt.5.1.v.39.44. & 46.*Quæſtioni accipere*.
*Quæſtor*.quæſitor.Amph. Sc.*DI voſtram*.v.14.
*Quæſtores*. Capt.1.2. v.2. vide Phil. Plaut.
*Quæſtueſt*:pro *quæſtui*. Rud.2.1.verſ. 5.
*Quæſtus habere aliquid*.Pœn.3.3.verſ. 13.
*Quæſtu indigno conterere*. Rud.3.4. verſ.43
*Quæſtũ indignũ facere corpore*. Pœn. 5.3.v.21.
*Quæſtum ſuum colere*. Pœn.5.2.v. 137.
*Quæſtus amoris*.Truc.2.1.v.23.
*Quæſtus carcerarius*. Capt.1.2.v.20.
*Quæſtus & lucrum*.Mil.3.1.v.79.
*Quæſtus meretricibus* : ex meretr. Rud.Prol.v.56.&2.6.57.
*Quæſtus meretricius ἐργασία*. Aſin. 3.1.verſicul.8. Ciſt.1.1.verſ.4.3. & 1.2.verſ.2. Sic apud Arnob.lib. 4. *Cuius fuerit conditionis Venus, cuius opera cuius quæſtus*.
*Quæſtus nihil*.Pſeud.4.7.v.100.
*Quæſtuoſa mulier* : quæ alit corpus corpore.Mil.3.1. verſicul.189. Alibi vocat vſurariam. Gloſſæ Quæſtuaria *πορνικὴ πόρνη*.
*Qualis*,quæ.Capt.3.5.v.54.
*Qualibet*.Moſt.3.2.v.125.
*Quàm.θαυμαστικῶς*. Stich.4.1. verſ. 64.
*Quàm*.ſæpe abſolutè ponitur pro, *æquè quã*.Men.5.6.v.45. Sic Martial.in Priap.*Quæ ſucco caret,atq; petra pumex*.
*Quàm* : in comparatione ſæpe ponitur abſq; aliâ particula. Rud. 4.4.v.70.vide Ellipſis.
*Quàm, tam*. Elegantiſſimæ Particulæ in comparatione abſolutè vſurpatæ. Aul.2.2.v.59. vt obſerua ſuperlatiuis addi. Exãpla alia vide apud Manutium in Lælium Ciceronis Pag.618. Edit.Lugdun.
*Quam Tam.Tantum quantũ*. Capt. 2.2.v.66.
*Quàm diluculo*. Amph. Sc. *DI voſtram*.v.45.
*Quàm dudum*:Wie lang. Aſin.2.4. v.43.
*Quàm*:quantum.Stich.2.2.v.35.
*Quam dudum*.Trin.3.1.v.7.
*Quam tum*.Caſ.1.1.v.51.
*Quàm*.intendendi eſt.Pſeu.1.5.v.43

*Quàm*,

*Quam*: pro *quam ſi*. Aul. 2. 2. v. 54.
*Quam* Potius quam. Caſ. 2. 5. v. 3. vide *Ellipſis Potius*.
*Quam*: priuſquam. Truc. 1. 1. v. 4.
*Quam*: vti, prout. Amph. 3. 2. v. 41.
*Quam magis*: ſine particula ἀνάφορικῇ poſitum. Trin. 4. 2. v. 19.
*Quam* pro *priuſquam*. Amph. 2. 2. v. 36.
*Quam magis*. Bacch. 4. 4. v. 27.
*Quam magis*: *tanto*. Particulæ notandæ. Men. 1. 1. v. 19.
*Quam magis*, *magis*. omiſſo *tam*. Bacch. 4. 10. v. 1. quod tamen exprimitur. Bacch. 5. 1. v. 5.
*Quam magis*, *tam magis*, Elegantiſſimæ particulæ. 1. 3. v. 6. Men 1. 1. v. 19. *Quam magis tanto*. Bacch. 5. 1. v. 5. Pœn. 1. 2. v. 135.

Lucret. lib. 1.

*Et quam quaq; magis cohibet res*
*intus inane.*
*Tam magis* ———

Et lib. 6.

———*vicina cacumina cœlo*
*Quam ſinit quaq; magis, tanto magis edita fumant.*

Vtitur etiam Virgil. lib. 3. Georg. & lib. 7. Æneid. vbi *Seruius Dan.* p. 483. videndus: & Quint. lib. 1. Salluſt. *Quam quiſq; peſſume facit, tam maxime tutus eſt.* Terent. *Quam in minima ſpe ſit us erit tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.*
*Quam maxime*: *tam*. Merc. 1. 2. v. 12.
*Quam mox*: vt, quam primũ, quam citò. Aſin. 2. 4. v. 43. Pſeud. 4. 7. v. 70. Caſ. 3. 6. v. 16. Bacch. 4. 8. v. 39. Men. 1. 2. v. 44. & 5. 1. v. 4. Rud. 2. 3. v. 12. & 4. 7. v. 1. & 5. 2. v. 56. Stich. 4. 1. v. 28. Truc. 1. 2. v. 104. & 4. 3. v. 46.
*Quamne*: pro, quam. Bacch. 2. 3. v. 23.
*Quamobrem*, cur: in media ſententia. Aul. 4. 10. v. 6.
*Quamquam*: *at*. Truc. 5. 1. v. 42.
*Quamobrem* pro *Vt*. Moſtell. 2. 1. v. 66.
*Quamobrem*: vt. Pſeud. 5. 1. v. 11.
*Quamobrem*: ſine *tamen*. Truc. 5. 1. v. 31.
*Quamquam* abſq; ἀναφορικῇ. Bach. 5. 2. v. 53.
*Quamquam*, *tamen*. Mil. 4. 8. verſ. 44.
*Quam poteſt*. Men. 5. 9. v. 4.
*Quamque*: vnamquamque. Truc. 2. 1. v. 40.
*Quamuis*: ſæpe intendendi particula eſt. vt: *Quamuis ridiculus eſt*. admodum rid. Men. 2. 2. v. 43. Pſeud. 4. 7. v. 79. Sic Catull. Epigr. 12. *Quamuis ſordida res eſt*.

Horat. lib. 1. Sat. 3.

—*toga quæ defendere frigus,*
*Quamuis craſſa queat.*———

Ita Amph. 1. 3. verſ. 43. *Admodum quam ſauus*.
*Quamuis*: ἐπιτατικῶς. Pſeud. 4. 7. v.... Rud. 2. 3. v. 42.
*Quamuis*: pro *quantumuis*. Bacch. 2. 3. v. 105, Lucr. l. 1. v. 272. Moſt. 2. 1. v. 63.
*Quamuis*: quantumuis, vel, etiam. Merc. 4. 1. v. 21.
*Quamuis*: pro, *admodum*, *valde*. Pſeud. 4. 7. v. 79. *Quamuis pernix eſt*. Trinũ. *Multa ego poſſum docta dicta, & quamuis facunde loqui*.
*Quamuis*: etiam. Rud. 3. 4. v. 8.

Catullus:

*Quamuis ſauus & indomitus.*

*Quantum poteſt*: quàm citiſſime fieri poteſt. Men. 5. 2. v. 122.
*Quando*. Pœn. 2. 1. v. 12.
*Quando*: pro quoniã, quia. Amph. 1. 1. v. 284. & 3. 3. v. 18. Aſin. 2. 2. v. 4. Amph. 3. 2. v. 12. Curc. 5. 2. v. 62.

Caſ.2.2.v.33.& 2.3.v.16.& 4.4.v.10. Ciſt.1.1.v.118. Bacchid.3.3.v.40. Mil.4.6.v.12. Men.1.2.v.44. & 1.3.v.68.& 4.2.v.55.78.Pœn.1.3.verſ.38.& 3.6. verſ.20. & 5.3.v.16.Perſ.4.6.v.6.& 5.2.v.27.& 2.2.v.41.Rud. 4.4. verſ.10.13.138. Stich.4.1.v.14.Trin.2.2.v.101.& 2.4.verſ.172.& 4.2.v.73.Trucul. 4.2.v.22. & 4.3.v. 43. Mil.Arg.1.v.11.

*Quando:* cùm. Men.2.1.v.2. Et ſane Mſſ. Camer. Palat. ibi *quum* habent pro *quando.*

*Quando gentium.* Amph. Sc. *Di voſtram.* v.60.

*Quando.* Si. Curc.5.3.v.30.

*Quando, tum.* Men. 3.3.v.23. Stich. 2.3.v.57.

*Quantæ è quantillis.*Pœn.5.3.v.44.

*Quanti eſt.* pro quanto pretio conſtat. Bacch.5.2.v.18.

*Quantillo opere:* facile. Trucul. 2. 8. verſ.7.

*Quantillum,* pro *quantum.* Curcul. 1.2.v.14.Bacch.2.3.v.86. Moſt.3.1.v. 90.

*Quantillum argẽtum.* Pſeu.4.7.v.95.

*Quantiuis pretii.* Perſ.4.4.v.74.

*Quantò magis,tantò.* Capt.4.2.v.1.

*Quanto,tanto.* Caſ.4.3.v.8.

*Quantum.*quamprimum. Bacch.2.3.v.114.

*Quantum quantum.* Pœn.3.4.v.28.

*Quantum,tantum.* Aul.1.2.v.41.

*Quantum audiui.* Mil.2.3.v.4.

*Quantum citius poſſum.* Mil. 2. 1. v. 36. quamquam lectio hæc mihi admodũ ſuſpecta eſt. Mſſ. Cam. habent *vinus,* vulg. *vnus.*

*Quantum eſt.* Pſeud.1.1. v.35. Sic ibi legendum puto ex Mſſ. Camer. Palat. Atque in ſchedis Paſſeratianis inueni. *At te Dii Deæque quantum eſt ſic.perduint.* quemadmodum id exprimitur in Aulularia. Pſeud.1.5.v.121. Pœn.1.3.v.22.23. vide *Prouerbia.*

*Quantum,* quotquot. Aul. 4.10. v.55. Pſeu.1.3.v.116. Bacch.5.2.v.51. Rud.3.4.v.1.

*Quantum poſſit.*Mil.2.2.v.26.

*Quantum poſſum.* h.e. citò. Mil. 2.1.v.36. Vſitatum noſtro.

*Quantum poteſt:* quantum fieri poteſt. Aſin.3.3.v.17. Perſ.4.4.v.29.

*Quantum poteſt* Quamprimum & quidem celerrimè fieri poteſt: ὡς δυνατόν. Aul. 2. 9. v. 2. Bacch. 4.9.verſ.107.Moſtel.3.2.verſ.77. &5.1.v.10.Menæch 3.3 v.25. & 5.8.v.7.Pœn.3.1 v.66.Perſ.1.3.v.62. Rud.3.5.v.35. Stich.2.1. v.79.95. Trin.3.3.v.36.

Catullus:

*Quantum qui pote plurimũ perire.*

*Quapropter.*ob quã rem,cur.Bacch. 5.2.v.25.Moſt.2.2.v.52.

*Quaſi ſi.* Elegans particula. Aſin. 5.1.v.11.Caſin Prol.v.45.Merc.2.2. ver.44. Trinum.2.4.v.8. vide etiam litt. V. *V quaſi ſi.* Apuleius vſurpat *quaſi vt.* Apol. *Satis, vt puto crimium crimen, quod illi quaſi vt capitale intẽderunt, refutatũ eſt.*

Martial.lib.2.Epig.8.

*Iſta tamen mala ſunt, quaſi ſi manifeſta negemus.*

Quomodo & Gruter⁹ legẽdum cenſet. Sed ante eum Acidalius locum Poetæ correxit. Eodem modo vſurpatur particula *Tamquam ſi* apud Agell.lib.7.cap.18. *Commentitio conſilio regreſſi eodem die,tamquam ſi ob aliquam fortuitam cauſam iſſent.* Ponitur etiam pro *Quam ſi.* Aul.2.2.v.54.Cur.1.1.v.51. *Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit: Niſi ſi,*&c. Mil. 2.6 v.2. *Quaſi non ſeruitute ſeruiat.*

*Quaſi.* Elegans particula, & non omnibus nota:quando ſc.notat σύγκρισιν & cõparationem ſiue ſimilitudinem, & vſurpatur pro *tamquam, tamquam ſi, ſicut, velut, quemadmodum, exempli cauſa, αὐτίκα.* Amph.5.1. verſ.22. Aſinar.1 3.v.57.Aul.1.1.v.35.& 2. 2.v.65.& 3.6.v.29.& 4.1.verſ.6.9. Capt Prol.v.22.& 1.1.v.9.12.& 3. 1.v.20.29.& 4.2.v.25. Caſin 1.1. v.439.52.& .5.v.11.& 5.2.v.40. Epi.3.2 v.23.&3.3.v.6.& 5.2.v.45. Men.2.3.v.51.Mil.1.1.v.17.Merc. 4.2.v.4.Pſeud.1.1.v.36.&1.2.v 65. & 1.3.v.136.& 1.4.v.8.& 4.1.v.45. & 4 7.v.66.Pœn.2.1.v.40.& 3.2. v.23.& 3.5.v.8. & 4.2.v.9.12. & 5. 6.v.17.Rud 2.7.v.30.Stich.4.1.v. 33.& 4.2.v.25. & 5.1.v.8. & 5 4. v. 42. Tri.1.1.v.9. Tru.1.1.v.14 & 2. 2.v.13 & 2.3.v.16.& 2.4.v.38.Caſ. 2.8.v.61.Moſt.1.3.v.6.Mil.4.3.v...

*Quaſi*, pro ferè, circiter. Moſt. 3.1. v. 90. Terentius Heaut. Scen.1. *Quaſi ſu'em'r ad quinde im toegi.* Cic. Acad. Quæſt.4. *Sol quaſi pedalis videtur.* Idem in Ora *Quaſi in extrema pagina Phædri.* Idem Cicero & particula, *Inſtar* eodem modo vtitur lib.16. Epiſt. 5. *Habes Tero inſtar* LXX. *epiſtolas meas.*

*Quaſi*, pro certè Capt.2.2.v.36.

*Quaſi* elegantius vſurpatur, quam vt exprimi queat in hoc exẽplo: *Neque p us curat, quaſi non ſeruitut: ſeru at.* Mil.2.6.v.2.

*Quaſi, itidem.* Particulæ ἀναφορικαὶ elegantiſſimæ. Aun 1.3. v.26.

*Quaſi* ειρωνικῶς. tamquam ſi. Epid. 2.1.v. 91.

*Quaſi pro.* Truc.2.4.v.60.

*Quaſi* excipientis eſt, & inferentis è comparatis. Epid.2.2.v.42.

*Quaſi dicas.* Pſeud.2.2.v.15.

*Quaſi:* ad exemplum, inſtar. Men. 2.1. v.6.

*Quaſi*: quaſi verò, tanquam ſi. Amphit.Prol.v.57.

*Quaſi*, ferè, fermè. Capt.Prol.v.20. Moſt.3 1.v.90.Truc.1.1.v.47.

*Quaſi autem.* Pſeud.2.2.v.40.

*Quaſi cum.* Pſeud.1.5.v.131.

*Quaſi haud ſecus.* Trin. 4.1. v.16.

*Quaſi verò.* Truc.2.2.v.37.

*Quaſi vti.* Merc Prol.v.91.

*Quaſi nunc eſt.* Elegans formula *Sicut nunc res ſe habet.* Milit. 2.4. v.37.

*Quaſſans:* participium abſolutè capitur vide *Verba abſoluta.* Aſin. 2.3.v.23.

*Quaſſare caput.* Merc.3 4.v.15.Trin. 5.2.v.45.

*Quaſſare chlamydem*, eſt *mouere.* Nonius. Epi.3.3.v.50.Vbi male hunc locum Marcell. citat ex Mil.

*Quaſſare* de cadis quomodo dicatur. vide litt. B. *Bacchari.* Mil. 3.2.v.42.

*Quatere*, pro, *concutere. olla quaſſa* Curc.3.v.26.

*Que.* παρέλκει. Mil.5.1.v.22.

*Que*, atque. Moſt. 1.3. v.36. *Sui, ſimeque atque algu.*

*Queaniur.* ἀρχαϊκῶς. Perſ.2.2.v.11.

*Quemadmodum?* interrogandi particula. Mil 2.2. v.30.

*Quemadmodum.* quomodo cenſo. vide litt. I. *Immò.* verſ.1.1.v.

*Quempiam* Truc.1.2.v.10.

*Quemquam*: quẽcumq;. Tru.2.1.v.17.

*Quemque*: vnumquemque. Amph. 4.3.v.15. Aſin.1.3. v.93. Capt.4.2. v.17.Pœn.5.2.v.37.39.

*Quemquem*, vnumquemque. Capt. 4.2.v.18. Men 5.1.v.17.

*Querimonia.* Men.5.2.v.35.

*Querimonia argentata* Pſeu.1.3.v.77.

*Querimonia*. Truc.1 2.v.64.
*Querimonia humana*. Mer.Prol.v.6.
*Qui* pro *quis*. Aſinar.1.3.v.15.& 3.2. v.11. Aul. 2.6.v.1.& 3.5. v.15. & 4. 2. v.3.Capt.4.2.v.53.55.Curc.1.2. v.51. &. 2.2. verſ.24. Bacchid.2. 3.v.74. Moſt 4.2. v.45. Men.2.2. v.73. Mercat.2.4.v.6 & 5.2.v.26 Pſeud.4.7.v.96. Pœnul.5.2.v.33. Rud.3.3.v.14. Stich.5.5.v.28.Tri. 4.2 v.7.84.& 4.3.v.76. Truc.1.2. v.27.32.& 2. .v.11. & 4.1.v.10. & 4.2 v.8.
*Qui* eleganter iungitur primæ & ſecundæ perſonæ. Epidoc. 3. 1. verſ. 8.
*Qui homo*: quis. Rud. 2.6.v.1. Trin. 2.2.v.24.& 4.2. v.84.
*Qui*, aliqui. Bacch.4.4.v.17.
*Qui*, propterea quod: ita vt quandoq; cauſalis particula ſit. Amphit.Prol. v.57. Bacch.5.2. v.50. & 1.1.v.58.
*Qui* pro *quis*, *qualis*. Amphitr.1.1.v. 22.&. 1.1.v.1. Capt.2.1.v.51. Ter. Adelph.5.6. *Oh qui vocare?*
*Qui* pro *quod*. Epid.3.1.v.6.
*Qui*: παρέλκει. Amph.2.2.v.113.Epi. 3.2.v.30.Bacch.2.3.v.49.
*Qui*. Caſin.2.8. v.61. Moſt.1.3.v.16. Mil.4.3.v.11.& 4.6.v.62. Merc 1. 2.v.71.73.& 2.1.v.34.& 2.3 v.28. & 2.4. v. 12.20. & 3.1. v.13. & 3.4. v.27. 42. & 5.2. v. 61. Perſ.2. 2. v. 46.& 5.1.v.6.Rud.1.2.v.63. & 2 3. v.59.62.& 2.6.v.54.& 4.2.v.13. & 4.4. v.27. & 4.4.v.40.66. Stich. 4.2.v.17.Trin.1.2 v.40.50.83.92. 95.98.& 2.2.v. 73.74.75. & 3.2. v. 27.50.52 61.62.74. Tru 1.2.v.95. & 5.1.v.17.38.
*Qui*, aliquo modo. Trin.5.2.v.21.
*Qui*, qua re, qua ratione.Moſt.3 2. v.26.Pſeud.3.2.v.77.78.Rud.1. . v.35.& 2.4. v.5. Stich.2.3. verſ.51. Merc.4.1.v.10. Moſt.2.2.v.20.
*Qui*, etiam numerum pluralem reſpicit. *Vehicula qui*. Aulular. 3. 5. v. 28.
*Qui*, pro *quâ*. Am.1.1. v.104. 263.& 1.3.v.37.& 2 1. 29.Cur.4.2.v.10. Caſ.3.5. v.7. Moſte.1.1 3. v.100. Men.2.3.v.4 Mil.3.1.v.172.
*Qui*. cur, quamobrē.Curc.1.1.v.40. & .2.v.27.Epid.3.1.v.12. Bacch. 1 1.v.19. & 5.2 v.44. Moſt 3.2. v. 52.& 4.2.v.6.& 5.1.v.59.Men.2.3. v.45. Pœn.1.2.v.64.125. Rud.2.6. v.38. & 3.2.v.25. Tru.1.2.v.56.63.
*Qui*, pro *quo* auferendi caſu.Aſin.2. 3.v.17. Capt.1.1.v.33.& 3.1. v.7. & 3.4.v.21. & 4.2. v.48. Caſ.3.3. v.3. & 3.6.v.21.Epid.2.2.v.2.Bacch.2. 3.v.101.& 4.9.v.48. Moſtel.1.3.v. 108.& 3.1.v.7. Menæch 2.3.v.17. Pſeud.1.1.v.87 & 1.3.v.114.
*Qui* notat cauſam finalem. Aul. 2. 2.v 61.& 3.5.& 2.4. v.31. Aſin.3.3. v.136. Capt.5.4.
*Qui*, pro *quibus* in plurali numero. Capt 3.1.v.23. Stich.2.2.v.20. vt *aliqui*.
*Qui* pro *quæ*. Aſin.3 1. v.2.
*Qui*, quantum. Men.3.3.v.25.
*Qui*, *tanti*. De certo pretio in emtionibus & venditionibus. Perſ. 4.4.v.1
*Qui*, quanti. Sic e iam *quid* vſurpatur pro *quantum*. Moſtel 5.2. v. 
*Qui*, vnde, quare. Aul.2.8.v.7 Cap. 3 4.v 49.& 3.4 v.96. Curc.4.2.v. 39.Epid.2.2.v.88.Bacch.5.1.v.27. Moſt.1 1.v.55.& 4.2.v.75. Men.1. 1.v.31.& 2.2.v.62.& 4.2.verſ.72. Pſeu.1.5.v.72.& 3.2.v.38.39 Pœn. 5.2.v.19.26. Rud.2 6.v.74. Trin. 2.4. v.160.
*Qui* pro *vt*. Caſ.2.4.v.1. Curc. 4.2. v.33.Bacch. .v.51.Epid.1.1 v.53.

 & 3.

& 3.3. verſ. 3. Mil. 1.1. verſ. 32. Moſtel. 2.1. verſ. 41. Pſeud. 1.5. v. 127. 151. Pœn. 5.4. v. 92. Truc. 2.2. v. 18. & 2.7. v. 24.

*Quidum*. Pſeu. 1.3. v. 101. 103. & 4.7. v. 22. Trin. 1.2. v. 129. & 4.2. v. 19.

*Quidum*: quo pacto. Amph. 4.2. v. 12. & Sc. *Tun' me*. v. 12. Epid. 2.2. v. 115. Bacch. 1.3. v. 61. Moſt. 3.2. v. 45. Men. 1.2. v. 51.

*Quî verò*. Merc. 2.3. v. 61. 70. Pœn. 2.3. v. 21.

*Quî minus*: aliquâ re minus. Merc. 4.6. verſ. 9. Rud. 3.4. verſ. 31. & 4.3. v. 81.

*Quî nunc*. Elegans particula in narrationibus, ſicut *Quid nunc?* Pſeud. 1.2. v. 22.

*Quia* pro *quando*: ſicut viciſſim hoc pro illo. Caſin. 2.8. v. 21. Moſt. 1.1. v. 49.

*Quî*: quomodo, qua ratione. vnde Amph. Prol. 76. & 2.2. v. 228. Aul. 2.2. v. 10. & 2.5. verſ. 13. & 2.6. v. 6. Curc. 5.2. v. 42. & 5.3. v. 27. Ciſtel. 1.1. v. 4. Epid. 1.1. verſ. 31. & 2.2. v. 24. 31. 50. 65. 101. Bacch. 1.1. v 51. & 2.2. v. 13. & 4.4. v. 21. & 4.8. v. 25. 30. Moſt. 2.1. v. 28. & 3.1. v. 106. Men. 5.1. v. 43. & 5.2. v. 36. Mil. 2.3. v. 25. & 2.5. v. 37. & 3 2. v. 13. & 3.3. v. 51. Pſeu. 4.1. v. 21. Pœ. 4.2. v. 70. 73. & 5.2. v 96. Perſ. 1.3 v. 46. & 4.4. v. 41. Rud. 3.6. v. 53. & 4.1. v. 5. Trin. 1.2. v. 126 151. & 2.2. v. 49. & 4.3. v. 43. Truc. 2.7. v. 4.

*Quî potius quam*. Elegans forma. Merc. 2.4. v. 18. 19.

*Quia* pro *quod*. Moſt. 2.2. v. 87.

*Quia enim*. Capt. 4.2. v. 104. Cur. 3. v. 72. 79. Caſ. 2.3. v. 44. & 2.6. v. 33. Bacch. 1.1. v. 16. 28. Epid. 2.2. v. 115. Mil. 3.2. v. 21. & 4.2. v. 11. & 4.4. v. 4. Pſeu. 1.3. v. 90. Per. 2.2. v. 46. & 4.4. v. 43. Tru. 2.2. v. 31. & 4.2. v. 20.

*Quia pol*. Pſeud. 1.3. v. 83. Truc. 4.2. v. 33.

*Quiaque*. Truc. 2.2. v. 35.

*Quianam*? Truc. 1.2. v. 82 Sic enim deinceps reſtituẽdum ex Mſſ. & edd. quemadmodũ ẽt de ſententia Gruteri locum eum repoſuit Taub. Adſcribam integrũ: quia ante ſecutus fueram Acidalium non male diſtinguentem inibi.

—— As. *Vt expectatus Peregre aduenîſti!* Di. *quia nam obſecro?* As. *cupiebat te hera videre*. Di. *Quid tandem?* As. *te vnum ex omnibus amat*.

*Quianam*: cur, quare. Tri. 2.2. v. 13. Vtitur & Terentius & Virgilius.

*Quî cum vis*: cum quo vis. Stich. 4.2. v. 47.

*Quia nam*? quamobrem. Truc. 1.2. v. 33.

*Quia nam*. Alterum παρέλκει. Pſeu. 4.1. v. 43.

Virgil.

*Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi.*

*Quiane*. Perſ. 5.2. v. 69.

*Quibam*. Trin. 3.2. v. 31.

*Quicque ſupellectilis*. Stich. 1.2. v. 5.

*Quî cum*. Merc. 5.2. v. 64. Pœn. 3.6. v. 3. Rud. 5.3. verſ. 24. Stich. 4.1. v. 41. Trinum. 4.2. v. 60. & 4.2. v. 111.

*Quî cum*. cum quo. Amph. 1.1. v. 106. & Sc. *DI voſtr*. v. 58. & *cum quo*. Amph. Sc. *Quis tam*. v. 47. Ciſt. 1.1. v. 79. Epid. 2.2. v. 34.

*Quicquam occaſionis*. Aſinar. 5.1. v. 94.

*Quicquam tui*. Aul. 4.4. v. 16.

*Quicque*. Merc. 1.2. v. 103.

*Quicque*: vnumquodque. Mercat. Prol. v. 45.

*Quicquid nomen*. Pſeud. 2.2. verſ. 44. Agell. lib. 4. cap. 1.

*Quicquid*

*Quicquid deinſit.* Elegans formula. Moſt. 3.1.v.133.

*Quid!* Truc. 2.2.v.2.

*Quid* παρίλκει. Epid.2.2.v.95.

*Quid.* ſæpiſſimè vtuntur Latini tamquam otioſo, ſed tantum in interrogationibus. Moſt. 2.2. v.20. *Quid vos?*

*Quid*: propter quid.Capt.4.2.v.59. Epid.1.1.v.73.Bacch.5.2.v.38.

*Quid*: pro *aliquid*,aliqua re.Amph. 1.1.v.82.Bacch.5.2.v.37.Moſt.1.3. v.30.& 3.2.v.59.& 3.3.v.19.Pſeud. 2.3.v.17.& 4.7.verſ.47.Rud.2.6. verſ. 3.

*Quid* propter aliquid. Epid. 5.1.v. 51.

*Quid* ad quid, cur. Ciſt.1.1. verſ. 59.

*Quid* pro *quale*. Moſt. 3.3.v.1. *Quid mercimonij?*

*Quid*,quare.Amph.Prol.v.130.190. Aſin. Prol.v.6. Capt. 1.2.verſ.65. Curc. 2.3.v. 60. & 3.v.37. & 5.1.v. 6.& 5.2.v.1. Caſ.1.1.v.14.& 2.2.v. 6. & 2.3. v.29. & 3.5.v.11. Ciſt. 1. 1.v.56. Epid. 1.1.v.58. & 2.2. verſ. 76. Bacch. 1.1.v.28. & 4.4. v.18. Moſt. 1.3.v.100. & 2.1.v. 30.71. & 3.1.v.47.50. & 3.2.verſ.111.& 4.3. v.11.Men.4.2.v.43.80.& 5.2.verſ. 13.27. & 5.5.v.20. Mil. 4.5. verſ.2. Merc.1.2.v.105. & 2.3.v.33. Pſeud. 4.6.v.37. & 4.7. v.83. & 5.2.v.27. Pœn.1.2.v.100. & 3.5.v.44.& 5.2. v.32.49.50.Perſ.4.9.v.8.Rud.1.2. v. 22. & 4.3.v.1. Stich. 2.1.v.92.& 2.2.v.52. Trin.Prol.v.10.& 1.2.v. 87.Truc. 3.1.v.19.

*Quid* pro quomodo.Curc.4.3.v.22. Epid.1.1.v.18.Merc. 5.2.verſ.107. Rud. 5.2.v.17.

*Quid* pro *quantum*, *quammultum*. Epid.2.2.v.26.Rud.1.2.v.60.Terent.Andr.*Quid turba eſt apud forum? quid illic hominum litigant.* Eodem modo τὸ *Id* vſurpatur. Moſt.1.3.v.54.

*Quid* pro *qui*.quomodo.nam *d* hiatum impedit. Moſt. 1.3.v.98.

*Quid ætatis*. Merc. 2.2.v.19.Perſ.2.4. v.5.

*Quid ago*.Sermo dubitantis & conſultantis.Bacch. 2.2.v.78.Cicero pro Quinctio: *Quid ago, ſi mehercule heu duo verba feciſſes: Quid ago? reſpiraſſet cupiditas atq; auaritia paululum.*

*Quid au?* quid vis? Formula quando aliquid aliud quam quod ante dixerant,erant dicturi.Amph. 2.1.v.73. Men.1.2.v.52.

*Quid ais?* Admirandi formula. Amph.1.1.v.262.

*Quid auxilii*.Epid.1.1.v.76.

*Quid cenſes*:vide litt.I.*Immo.*

*Quid clamoris*. Aul. 2.9.v.7.Caſ.3.4. v.29.

*Quid deinde*. Pœn.3.3.v.41.

*Quid dotis?* quam dotem.Curc.5.2. v.64.

*Quid eſt quod*,h.e.*cur*.Pſeud.1.1.v.7. Pœn.4.2.v.45. Truc.2.2 v.40.

*Quid eſt,quod non?* cur non. Pſeud. 4.6.v.25.

*Quid eſt negotii,quamobrem*. Capt.3. 5. v.9.

*Quid exiſtimet?* vide litt. I. *Immo.*

*Quid faciet mihi?* Formula minas contemnentis. Perſ. 2.3.v.16.

*Quid facinus*. Truc.2.4.v.31. Alibi: *quid nomen, Id nomen*. Phœdrus: *Ne quid de tuo faciat lucrum.*

*Quid fide? quid factis?* qua fide,quibus factis. Aul. 2.2.v.36.

*Quid genus*.Pœn.3.5.v.7.

*Quid hominis?* Iniurioſe dicitur in Genitiuo. Donat. Amph. 2.1.v. v.26.& 2.2.v.137.Pœn.Prol.v.92.

*Quid hominum*.Rud.1.2.v.60.

*Quid iam*.quamobrem,quid ita.Epid.3.3.v.26.

*Quid tam*? Elegans interrogandi particula vſitata in narrationibus.Epid.1.1.v.54.&4.1.v.24. Bacch.1.1.v.16.Moſt.2.2.v.29 & 5.1.v.3,.Mil.2.3.v.6.51.Pſeud.1,3.v.86.90.& 4.7.v.43.62.Pœn.1.3.v.4.& 3.5.v.15.& 4.2.v.53.58.& 5.2.v.21.Perſ.1.1.v.19.& 2.2.v.51.& 2.5.v.16.& 4.4.v.13. Stich.1.1.v.32. Truc.1.2.v.29.35.92.& 4.2.v.35.

*Quid illi mea*? Amph.3.4.v.20.

*Quid igitur*? Formula Comica. Was wirdt dann endlich drauß. Amph.1.1.v.220.Stich.4.2.v.44.& 5.4.v.40.Trin.2.2.v.51.

*Quid igitur*? qua de cauſa. Truc.4.4.v.6.

*Quid illam, illum cenſes*? Formula elegans.vide litera I. *immò*.

*Quid ita*? cur,quare. Curc.1.1.v.48. Moſt.1.3.v.109.&2.1.v.18.& 2.2.v.41.& 3.1.v.107.& 3.2.v.32.33.& 5.1.v.45.Bacch.2.3.v.20.& 4.4.v.29.Epid.1.1.v.10.66.Pſeud.1.1.v.75.Pœn.3.3.v.77.91.

*Quid memori*.Aſin.4.1.v.41.

*Quid mercedis*.Pſeud.4.7.v.90.

*Quid miſeriarum*.Epid.4.1.v.1.

*Quid modi*. quis modus. Aſin.1.3.v.17.& 5.2.v.33.Mil.4.8.v.1.

*Quid modò igitur*? Elegans forma reſpuentis & contemnentis aliquid. Was iſts nun mehr Moſt.2.2.v.91.

*Quid multa*? abrumpendi formula. Truc.Prol.v.20.

*Quid multa verba*? Formula abrumpendi. Pœn.3.3.v.88.

*Quid negotij*.Bacch.5.2.v.3.

*Quid nomen*; pro, *quod*. Moſt.3.1.v.127.Men.3.2.v.33.& 5.2.v.60.& 5.9.v.71.Pſeud.2.2.v.41.44.58.& 2.4.v.54.& 4.2.v.21.Perſ.4.4.v.72.

*Quid non*? ὑπερβολικῶς vſurpat de eo quem plurimum imò omnia præſtitiſſe ſeu bene ſeu male. Bacch.2.3.v.24.

*Quid nunc*? Elegans formula hominis in re ſubita conſternati, cumque deliberantis: quæ reſpondet huic vernaculæ. Was gibts nun? Epid.3.4.v.84.Moſt.5.2.v.34.107.111.130.Pſeud.5.2.v.29.

*Quid poſtea*? Pœn 5.2.v.34.

*Quidquã*.interdum παρέλκει. Moſt.3.2.v.64.

*Nihil quidquam* Moſt.3.2.v.64.alterum παρέλκει.

*Quidque*: vnumquodq;.Amph.2.1.v.8.& 82.Bacch.5.1.v.11.Moſt.1.3.v.96. ſeud 5.2.v.15.

*Quid quod*? Curc.3.v.88.

*Quid rei eſt*. Epid.2.2.v.19.

*Quid rerum*. Aul.1.1.v.15. Pſeud.4.6.v.1.

*Quid ſi*.Exceptiua particula. Pſeud.1.3.v.51.Pœn.3.3.v.93.& 5.3.v.39.

*Quid tandem*. Aſin.5.2.v.78.

*Quid tum poſtea*? Truc.2.6.v.28.

*Quid verbum*. pro, quale. Moſt.1.1.v.2.

*Quid viri es*. Pœn.4.2.v.34.

*Quid voluptatis*. Aſin.5.2.v.92.

*Quid ni*? Truc.4.2.v.14.

*Quidam*.ὁ δεῖνα.Ciſt.4.2.v.71.

*Quidam*.Sic dicunt Latini,cum aliquem perſtringunt.Amph.1.1.v.165. Etiam Græci. Ariſtoph. in Ranis: κακὸν ἥκει τινὶ. & ἥκει τὸ κακὸν. & —ἀγορεύω τινὶ Ἐμὲ μὴ βασανίζειν ἀθάνατον ὄντα. *Dico alicui*.h.e.*tibi ipſi*.Eadem fabula ἤγλησίνς.Arnob.lib.4.Pag.182. *Hylam neſcio quis diligit*.h.e. Hercules. Itidem vſurpabant τὸ *Aliquis*.

*Aliquis*.Tertull.Apol.cap.11. *Aliquis de ſ pientia Socratis*.Et cap.12 Ijdem eſtis,qui *Senecam aliquem pluribus reprehendiſtis*.

*Quid eſt*. Pœn 3.1.v.70.

*Quidem*.Stich.1.1.v.11.&2.1.v.84.97. & 2.3.v. 27 & 3.2.v.5.11. & 4.1.v. 48.57.& 4.2.v.11.22.42.45.& 5.2. v.7.Curc.4.4.v.8.Men. Prol.v.13. Aſin. 3.3.v 91.& 4.2.v. 8.9. Pœn. Prol. v.122. Pœn. 1.2.v.23.38.68. 69.78.161.& 2.1.v.28. & 3.1.v.9.& 3.2.v.5. & 3.3.v.31.35.58.70. & 3.5. v.38.& 4.2.v.18.& 5.3.v.42 & 5.4. v.8.27.41.59.& 5.6.v.1.18.27.Tri. 2 2.v.38.55. & 2.4.v.28.151.158. & 4.2.v.9.34 58.99 129.& 4.3.v.23. 48.56.&5.2.v.10.61.Rud.1.3.v.32. & 1.4.v 24.& 2.4.v.7. & 2.6.v.35. 45.67.& 3.5.v.4.47.51.&4 3.v.50. & 5.2.v.15.33.47. Truc.1.2. v.17. 85.& 2.2.verſ.9.14 &2.6.verſ.26. Quanquam fere eſt vt hoc loco pro *nimium quidem*,legam,*nimium quantum*. Ibid v. 28. *quidem*. & 2.6.v.62. & 2.7. v.9. & 3.1.v.22. & 3.2.v.24.& 4.2.v.38.&4.3.v.58. 68.& 4.4.v.31. Perſ. 2.4.v.11.& 4. 4.v.14.& 4.7.v.13. & 4.8.v.6. & 5. 2.v.11.12.

*Quidem*, abſolutè. Nam τὸ *profectò* τεχνικὸν eſt ex repetitione.Amph. 1.1.v.215.

*Quidem*:abſolute illationem notat. Aſin. Prol.v.2 Mil. 2.4.v.43.

*Quidem* in fine ſententiæ non fine elegantia. Caſ. 3.4.v.19. & 3.5.v. 16. Capt. 4.2.v.78.Ciſt.1.2.v.27. Aſin. 3.1.v.5.Mil.4.6.v.68.Bacch. 5.2.v 86.

*Quidem* in media ſententia eleganter ponitur. Merc.2. 2.v.43.Mil.3. 1.v. 156.

*ſibi habere. & res ſuas ſibi habere*. Elegans formula: quà primùm vſi in diuortiis. Amph.3.2. verſ. 47.Curc.1.3.v.22. Trin.2.1.verſ. 32. Lex. 12. Tabb. *Si vir ab uxore diuortit,uxores Res ſuas ſibi habere iubeto*. Cicer. Phil.11. *Mimam illam tuas ſibi res habere iuſſit*. Ad Att. *Sibi habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam & pilam, ſibi natationes atque curſus*. Idem pro Sulla: *Sibi haberent honores, ſibi imperia ſibi prouincias, ſibi triumphos, ſibi alia præclara laudis inſignia*.

*ſibilare*.Merc.2.3.v.72.

*ſibipte*.Rud Arg.v.4.

*ſibylla*. diuinatrix. Pſeud.1.1.verſic. 23. *Has quidem po*(litteras) *credo niſi ſibylla legerit*. quæ ſcil. etiam ea, quæ legere non poteſt, tamen diuinare poteſt.

*ſic*,in ſententiâ παρέλκει. Aul.3.5. v.50.Pſeud.1.5.v.34.

*ſic*:pro,*ideo*.Moſt.2 2.v.20.

*ſic*: pro,deinde.Amph.1. verſicul. 47.

*ſic* pro *talis*.Moſt.4.3.v.40.

*ſic*: tam. *Nihil ſic celeri eſt*. Trin.3.2. verſ.42.

*ſic* eleganter vſurpatur ἀδιακρίτως. ſic fruſtra.Mil.4.2.v.30.

*ſic ſic*. Eleganti vſu. Aul.3.2. verſic. 25.

*ſic ſine*.Trin.3.2.v.65.

*ſic ſine*.Permiſſionem notant. **Laß es alſo Geſchehen**. Trucul. 5.1. verſ. 4.

*ſic ſine*: Faſtidientis formula.Pſeud. 5.2.v.9.

*ſic datur*. Sermo caſtigantis & pœnas ſumentis aut pœnas ſumtas eſſe gratulantis. Aſin. 2.4. verſ.3. Men. 4.2.v.40. Pſeud.1.2.v.22. Truc.2.8.v.4.

*ſic datur*. Formula triumphandi, quando res ſucceſſit ex voto. Aſin.2.4. verſ.33. Menæch.4.2. 64.Pſeud.1.2.v.22.Terent.Phor. *Sic dabo*.

*ſic age*. Elegans formula aſſentiendi.

di.Aſin.3.3.v.115.

*Sic Dis placet.* Truc.3.1.v.3.

*ſic decet.* Approbandi particula. Moſt.3.2.v.37.

*ſic egero.* Elegans forma:de voluntate certa & concluſa. Capt.3.1. v.35.

*ſic ſum.* Sermo eſt hominis nec laudantis ſe,nec viruperãtis. Amph. 2.1.verſicul. 57. Aul.2.4. verſic. 49. Bacch. 5. 2. verſicul. 61. Rud. Prol.v.3. Perſ. 2. 4. verſic. 13.

*ſic* pro *talis.* Amph.2.1.v.57.Aul 2. 4 verſ. 49. Terent. Phorm 3.2. *Sic ſum : ſi placeo, vtere.* Ibid. *Sic eſt ingenium.* Cicero pro Roſcio: *Sic vita hominum eſt.* vide etiam *Phraſeol. Morum.*

*ſicare* : pro *ſecare* dicebant veteres. Inde compoſita *Diſſicit:* pro *Deſecat.* Curc.3.1.v.54. *Exſicat*:ex ſecat Rud.1.2.v.34.

*ſicca mulier* : quæ nondum lauta eſt ſed quę ſit virgo ſucciplena.Mil. 3.1.v.191.

*ſicce:* ſic; vt *hice.* Rud. 2. 4.verſicul. 12.

*ſiccitas oculorum.*Rud.3.2.v.18.

*ſiccoculum genus.*quod lacrumas exſpuere nullas quit. Pſeud. 1.1.v. 75.

*ſiccus* pro ſobrio. Aſin. 5.2.verſic.7. Curc.1.2.v.22. Pſeud.1.2. verſ.51. Perſ.5.2.v.41. Cicer.lib.11.Acad. Quæſt. *Alius ægru, alius ſiccus, alius vinoſis.* Horat.lib.1. Sat.2.v. 14.& alibi.

*ſiccus ſiti* , ſobrius. Curc. 1.1.verſic. 26.

*ſicilicula* : parua falcula. Rud. 4.4. v.124. *Sicilicula argenteola.* De *Sicila.* vide Turneb. lib. 26. 2. & Scaligerum ad Feſtum.nam breuitati ſtudendum,neque exſcribendum huc, quę ibi commentantur.

*Siciliensis hoſpes.*Rud.2.4.v.30.

*ſiciliciſſare :* imitari ſiculos. Men. Prol.v.12.

*ſiculus* pro *ſtulto* ponitur. Perſ. 3.1. verſ. 67. Inde *ſiciliſſitare.* Men. Prolog.v 12. Sicula verba opponuntur Atticis. prædictis locis: quia Attica Siculis multò ſunt lectiora Inde Cicero *: Si litteras Græcas Athenis non Lilybæi ; Latinas Romæ non in Sicilia didiciſſet.* Aſconius Pædianus : *Dicit illum Græcas litteras, ſimul latinas in Sicilia didiciſſe: in eá inſulá, quæ neutrá linguá bene vtatur.* Vbi interpres.ille Tullij alludit ad locum Plautinum è Perſâ.

*Sicut* eleganter ſic abſolutê ponitur.3.2.v.1.

*ſicut* cauſale, quia. Epid. 2. 2. verſ. 88.

*ſicut.* qualis, aduerb. pro nomine. Bacch.3.6.v.20.

*ſicut, ita.*Aſin.1.1.v.1.

*ſicyon* vrbs Peloponneſi nõ procul à Corintho.Curc.3.v.25.

*ſicyoni* pro *Sicyone*,vt Karthagini & Karthagine.Ciſt.1.3.v.8.

*ſicyone.*Merc.3.4.v.62.

*ſiem.*Men.5.6.v.21. Merc. 1.2. v.15. & 2.2.v.59.& 3.3.v.11. Pœn.1.2.v. 64.& 4.2.v.19 & 4.3.v 30. Rud. 5.3.v.25.

*ſies ſiet.* ἀρχαικῶς Amph.Prol. verſ. 57.58. Pœn.1.1. v.20. Truc.5.1.v. 5.27.

*ſiet* ἀρχαικῶς pro ſit. Aſin.2.2.verſ. 81. Moſt.5.2.v.3.Men. 5.7.verſ.3. Mil.2.2.v.45.72. Pſeud. 4.3.v.6. & 4.7. verſ.18. Pœn.1.2.v.188.& 3.1.v.44 & 5.3. verſ.2. & 5.5.v.11. Rud.5.2.v.62. Trin.1.2. 82. & 2. 1.v.6.& 2.4. verſ.71. & 3.2. v. 69. Truc.

Truc. 5.1.v.15. Men. 5.2. verſ. 14. Merc. Prol. verſ. 110. Trucul. 1.1. verſ. 44.

*Sient:* ſint. Merc. 2 3. verſ. 96. Mil. 4. 8. v. 6. Pœn. 3.3. verſ. 2. Trin. 1. 2. verſ. 39. Truc. 2.3. v. 4. 17. & 2.6. v. 5.

*signa.* vide *ſub ſignum.*

*signa attollere propius.* ἀλλαγορικῶς. propius accedere. Caſ. 2.6. v. 5.

Σιγνία. Oppidum Campaniæ. Caſ. 4.2. v. 102.

*significare* nutu, nictu, geſtibus. *Ne inter vos ſignificetis.* Trucul. 4.3. v. 13.

*signum literarum.* Pſeud. 4.2. v. 30. Trin. 3.3. v. 61.

*signum* pro *ſtatuà*, vel imagine. Epid. 5.1 v. 18.

Sic Priap Carm. 9

*Nec ſum Phidiacà manu politus,*
*Sed ſignum rudeuillicus dolauit.*

Propert. lib. 3. Eleg. 3.

*Gloria hyſippo eſt animoſa effingere ſigna.*

Idem. *Vt caput in magnis vbi non eſt tangere ſignis,*
*Ponitur hic imos ante corona pedes.*

*signum clarum.* Caſ. Prol. v. 7.

*silicem lapidem ſubigere.* Pœn. 1.2. v. 77.78.

*silo:* qui naſum habet ſimum & repandum. Rud. 2.2. verſic. 11. *Silo ſenex.*

*simia.* Nihili beſtia. Mil. 2.2. v. 24 & 2.3. v. 14. Pœn. 5.2. v. 114. Rud. 3.1. v. 28.

*simia* nomen propr. Pſeud. 2. 4. v. 54.

*simia* de homine tetro & ſuperbo. Moſt. 4.2. v. 4.

*simile:* pro, aliquid ſimile. Moſt. 1.2. v. 21.

*similis alicuius.* Perſ. 1.1. v. 14.

*Similis mei.* Amph. 1.1. v. 286. & 2.2. v. 226.

*Similis malo.* Pœn. 3.2. v. 36.

*Similis ſentis:* ſpinæ. Truc 2.1. v. 16.

*ſimilis oppidi hoſtilis eſt Amator.* Truc. 1.2. v. 67.

*ſimitu* pro ſimul. Amph. 2.1. v. 18. & 84. Men. 5.1. v. 45. Mercat. 1.2. v. 8. & 5.2. v. 6. Pſeud. 4.2. v. 55. Stich. 2.1. v. 94. & 5.5. v. 2. Trin. 2.1. v. 1 Truc 5.1. v. 31.

*ſimul.* πλεονάζει. Moſt. 1.2. v 17.

*ſimulacrum habere*, ſimile eſſe. Moſt. 1.2. v. 6.

*ſimulare in aliquem:* eſt inſimulare Stich. 1.2. v. 19.

*ſimulor:* deponentaliter. Mil. 3.3. v. 34.

*ſimplum ſoluere.* Pœn. 5.6. v. 25.

*ſimulter.* ſimul. ἀρχαϊκῶς vt *Facul & Faculter.* Non. Pſeud. 1.3. verſicul. 147. Sic non tantum Nonius, ſed etiam vet. codd. & Paſſeratius expreſſerunt.

*ſin;* conciſè poſitum. Amph. 3 2. v. 48. Sic Cic. l. 10. ep. ad Att. 6. *Si vir eſſe volet, præclara συνοδία: ſin autem, erimus nos qui ſolemus.* Et lib. 6. *Veruntamen ſi pariter æque inter ſe, quieſcendum, ſin, latius manebit.* & epiſt. ad fam. l. 12. ep. 6 Et manil. l. 4. *Incipimus ſi verba, piget: ſin, gratia deerit.* Autor in Priapeis Carm. 31. *Sin, hæc mihi te ventris, arma luxabant.*

*ſinapi victitari.* Truc. 2.2. v. 60.

*ſinapis teritur.* Pſeud 3.2. v. 28.

*ſinceriſſimum corium.* Rud. 3.4. v. 51.

*ſinciput ſuu.* Men 1.3. v. 28.

*ſinciput ſanum.* Men. 3.2. verſ. 41. & 4.2. v. 69.

*ſine ſic:* elegans formula. *Men.* 2.3. v. 1. Sic Cato: *Vinum ita ſinito.*

*ſine ſic habere.* Formula conceden-di

di. Es ſey jhm alſo. Caſ.5.6.v.22.
*Sine* particula inter minantes. Aul. 3.2.v.11. Bacch 4.7.v.13. Truc.2. 8.v.6. Caſ.2.8.v.1.
*ſine dum*. Truc.2.7.v.66.
*ſine malo*: eſt impunè. Amph. 2.2.v. 110.
*ſine modo*. Formula interminandi Moſtel.1.1.verſ.10.11.& 1.4.v.32. Pſeud.1.2.v.86.
*ſine ſacris*: h.e. ſine ſumtu *hereditatē adipiſci*. Capt.4.1.v.8.
*ſine ſuffragio ædilitatem gerere*: In prouerbio. vide *Prouerbia*.
*ſinere*: relinquere. Pſeud.4.7.v.14.
*ſingillatim*. Trin.4.2.v.39.
*ſingularis pro pluralis*. vide *Enallage*.
*ſingularius*.a, um. Capt.1.2.v.3.
*ſingulum*. pro *ſingulorum*. Ciſt.4.2.v. 34.
*ſiniſtera*: vt ſuperà, inferà, propterea. Merc.5.2.v.38.
*ſinit* ἀρχαϊκῶς pro *ſinat*, vt edit, pro *edat*. Curc.1.1.v.27. Ita ibi omnes Mſſ. legunt.
*ſint*: pro *fiant*. eueniant. Trin.1.2.v. 184. Aul.3.5.v.21. Perſ.1.2.v.21. Capt.Prol.v.65. vide *Faxim*.
*ſinus*, vel *ſinum*, vas ſinuoſum, rotundum, & capace aluo. Curc.1. 1.v.75. Rud.5.2.v.32. Virgil. Eclog.7. *Sinus lactis*. τεν. δῖνον.
*ſinus retis*: laxitas. *Rete ſinum adducit*: contrahit. Truc.1.1 v.15.
*ſirempſe*: Amph.Prol.v.73. Quaſi ſimilis res ipſa. Feſtus. *Sirempſe & ſiremps tantum effertur*. Charis. Eſt ſolemne verbum vett. Rom. in legg. ſcribendis, vti *apparet* ex Inſcriptionibus antiqq. Pag. DVIII. DCXXVIII. DCXXIX. Edit. Gruterianæ.
*ſiris* ſueris Epid.3.3.v.19. Bacch.3.2. v.18. Trin.2.4.v.120.
*Sirint*. ſiuerint. Bacch.3.3.verſ.62. Merc.3.4.v.28.
*Sirpe*: eſt pars Silphij. Rud.3 2 v.16. vide Turneb.li. 3.21.& litt L *Laſerpitium*. Nam *Sirpe* hic poſitum pro Laſerpitio. Et forte e corruptum eſt ex σίλφιον, vt cenſet Scaliger contra Titium. vide etiam Lexicon Roberti Conſtini in voce Σίλφιον & σίρπε.
*Sirpicula* vel *ſirpiculum* caniſtri genus à *ſirpando* h. e. ligando dictum. Vnde quæſtiones obſcuræ *ſirpi* olim dictæ. Græc. γρῖφοι: quòd vt γρῖφοι erant πλέγματα σχοινικὰ ex ſirpo, ita etiam ex ſirpis naſſe piſcatoriæ, dictæ *ſirpiculæ piſcatoriæ*. Capt.4.2. verſic. 36.
*Sis* factū κατὰ συγκοπὴν pro *ſi vis* modò Imperatiuis modò infinitiuis addi ſolet. Aſin.2.2 v.43.& 3. 3.v.87.89.93.96.143. Aul. 1.2.v. 26.& 3.6.v.47. Caſ.2.6 v.27.& 3. 5.v.21.& 3.6.v.20. & 4.2.v.14.& 5.1.v.14. Ciſt.1.1.v.57. Bacch.1.2. v.29.& 3.2 verſ.18. & 4.8.v.16. & 4.9.v.72. Moſtel.1.1.v.1. & 3.2. verſ.165. & 4.2.verſ.11.50. & 5.1. verſ.60. Mil.4.3.verſ.18. & 4.1. verſ.34.& 4.6.verſ.30.33. Merc. 2.2.v.49.52. & 3 1.verſ.45.& 4.4. verſ.37. & 5.2. verſ.111. Pſeud. 1.2.verſ.19.56.& 1.3.verſ.10.& 2 2. verſ 68.71. & 3.2. verſicul.50. 102. & 4.1.verſ.44. & 4.7.verſ. 44.129. Pœn.1.2.verſ.79.162. & 3.2. verſicul.1. Perſ.2.5. verſ. 14.20. & 3.1.verſicul.61. & 3.3.v. 32.& 4.4. verſicul.45.59.105.120 & 4.6.verſ.9.& 5.2.verſ.54. Rud. 2.4.verſicul 7.24.& 4.3.verſicul. 63. & 4.4. verſ.9.29.44. Trin. 2.1.verſ.31. Trucul.2.6.v.44.& 4. 3.v.35.

*Su. Abiſis*. Moſt.3.1.v.38.Rud.4.4.v. 9.Trin. 4.2.v.130.

*ſis, Accipeſis*. Epid. 3.4.v.43. Pœn.3. 4.v.3.

*ſis Ageſis*. Caſ. 2.6.v.49. Pœn.1.2.v. 116. & 3.5.v.16.

*ſis Apageſis*. Pœn. 1.2.v.15. Trin. 4.1. v.19.

*ſis Capeſis*. Trin.3.2.v.24.

*ſis, Caneſis*. Perſ.5.2.verſ.35.Rud.3.5. v.48.Rud.4.3.v.8. Trin. 2.4.verſ. 112.

*ſis, Cedo ſis*. Pœn.1.2.v.102. Rnd.5.3. v.19:

*ſis, Facito ſis*. Pœn.5.2.v.124.

*ſis* : Imperandi modis plærumque iungi ſolet: ſed raro verbo præponitur vti. Mil. 2. 2. v. 26.45. *ſis iube*. Alibi ſemper poſtponitur *ſis licet*. Rud.1.2.v.51. Curc.2.2.v. 3.Caſ.2.2.v.31.Bacch.5.1.verſ 29. Pœn.5.5.v.13. Perſ.3.3.v.9.

*ſiſtere* : verbum iudicij. Curc. 1. 3. v.7.

*ſiſtere rem alicui*. Pœn. 4.2. verſic. 54.

*ſiſtere aliquem molliter*. Pſeud. 5. 2. v.7.

*ſiſti non poteſt*: retrahi è fuga. Trin. 3.2. v. 94.

*ſita ſunt nitide ſuo loco*. Pœn. 5.4. v.5.

*ſitella* hydria. Ein Boll. Caſ. 2.4.v. 17.

*ſitella ſortilega*. Caſ.2.5.v.33.

*ſitu corrumpor*. Truc. 5. 1. v.23. Ich verliege gar vor Müſſiggang.

*ſitula* : vas ad aquam hauriendam. Amph. 2.2.v.39.

*ſitum eſt*. pro *eſt*. de argento. Curc. 2.3.v.66.

*ſiturus, a, um*, à *ſino*. Pœn. 3. 3. verſ. 11.

*ſitus* : pro, *mortuus*. Mil.2.4.v.20. Sic teſtatur Cicero libb. de Legg. & Agell. Inde *Siticines* τυμβαῦλαι, qui canebant ad ſitos. Frequenter legas in antiquis Inſcriptionib⁹. In tumulo P.Scip. Afr. *Heic eſt ille ſitus, quoi nemo ceiuis, neq; hoſtis Quibit pro factis reddere opera pretiũ*. In tum. Hannib. *Hannibal heic ſitus eſt*.

*ſiue, ſeu*. Ciſt. 3.v.14. Quamuis Acidal. malit hoc loco *ſi*. Atque omnino ita eſt in Mſſ. Cam. & Pall. quatuor. Deinceps igitur illud repoſuero, quod & Schoppiũ video probare cum Rittershuſio noſtro.

*ſmyrna*. Ita antiqui *myrrham* vocarunt. Aſin.5.2.v.79. Athen. lib.14. Μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' αἰολεῦσι: ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζειν.

*ſoboles coquorum*. Pſeud. 3. 2. verſ. 102.

*ſobriè*, conſideratè. Capt. 2.1. v.29. *Sobrie & diligenter*.

*ſobriè* : prudenter. Pſeud. 4. 1. verſ. 29.

*ſobriè & frugaliter*. Epid. 4. 1.v.39.

*ſobrina*. Pœn.5.2.v.108.

*ſocci ſcenici*. Pſeud. 4.7.v.91.

*ſoccus* Comicorum, vt cothurnus Tragicorum. Ciſt. 4.2.v.29.

*ſoccus* pro *calceo*. Bacch. 2.3. verſ.98. Trin.3.2.v.94.

*ſocerus*. Men. 5. 5. v. 54. Sic ibi Mſſ. omnes.

*ſocia vnanimans*. Truc. 2. 4. verſ. 81.

*ſocienuus* : pro ſocio. Amph. 1.1.v. 228. Aul.4.4. v. 31. Caſ. 4.2. verſ. 18.

*ſociſraudus*, qui ſocios fallit. Fictè. Pſeud.1.3.v.127.

*Socrates*. Pſeud.1.5.v.50.

*ſodalis* : de ſodalitio vitiorum. Perſ. 4.4.v.12.

*Sodalis alicui.* Moſt.5.2.v.32.
*Sodalitas amicorum.* Moſt.5.2.v.5.
*Sodes:* ſi audes. Bacch.4.7.v.39. Pœn. 3.5.v.12. Trin.1.1.v.17. & 2.4.v.161.
*Sol, Deus.* Bacchid.2.3.v.21. & 4.8. v.54.
*ſol occaſus.* Men.1.2.v.67.
*ſol occaſus,* qui occidit. Epid.1.2.v. 41 Men.5.7.v.33. Agell.l.17.c.2. & lib.3.cap.2. *ſol meridies.* ſicut & Plinius: *Poſt mediam noctem, poſt ſolem meridiem, poſt ſolem occaſum agunt.* Turn.13.27. Sic in antiqua Formula: *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.*
*ſol,* h.e. *dies aiunt.* vide litt. D.
*ſol radioſus.* Stich.2.3.v.40.
*ſol* in blanditiis amatum. Moſt.1.3. verſ.47. ſic enim ibi præter Mſſ. Camer. Palatin. etiam quatuor codd. vetuſti, quibus vſus Taubmanus noſter.
*ſola loca.* Rud.1.3.v.21.
*ſola terra.* Rud.1.4.v.8.
*ſola* tertio caſu. Mil.4.2.v.28.
*ſolarium.* Erat locus in ſuprema parte ædium ſine tecto, vbi ſolebant apricari. Mil.2.3. verſ.69. Vide etiam Petri Victorii Varia lib.21.cap.13. & Iocum Auguſti apud Macrobium Saturn. lib.2.cap.4. Græci vocant ἡλιοκάμινον.
*ſolea* piſcis & calceamenti genus. Caſ.2.8.v.61.
*ſoleæ.* Caſ.3.5.v.63. Trucul.2.4.v.12. 16. & 2.5.v.25. & 2.8. v.1. Moſt.2. 1. verſ.38. Erant calcei, quos lectum inſcenſuri ante lectum exutos deponebant, ne ſcilicet puluerofis illis ſtrata inquinarent. Vide Phil. *Conuiu.* ſeu *Triclinij.*
*ſolearius,* qui ſoleas facit. Aulul.3.5. v.40. Vide Inſcriptionem Romanam apud Gruter. noſtrum pag.643.8.
*ſolens,* pro more. Amph.1.1.verſ.43. Caſ.5.1.v.14. Truc.1.2.v.28. Terent. *Quid tu Athenis inſolens?*
*ſolucre ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.* Bacchid.4.8. v.56. Pſeud.3.1. v.14 & 4.7. verſ. 81.83.
*ſolere ἐπ' αἰσχρῷ,* cum quadam ἀποσιωπήσει. Ciſt.1.1.v.38. Pſeud.3.1. v.14. Truc.1.2.v.81. & 2.1.v.26. In Epigr. Catal. Virg.
*Conſule Pompeio primum duo, Cinna, ſolebant*
*Mœchi.* ——— ſcil. μοιχεύειν.
*ſoli ſumus:* in prouerbio eſt. Pœn.4. 2.v.69.
*ſollicitare,* affligere. Aul.1.1. v.27. & 4.10.v.4.
*ſollicitare,* ſollicitum reddere. Caſ. 2.3.v.10.
*ſollicitare aliquem facere aliquid.* Moſtel.3.2. v.15. *Sopor neminem ſollicitat ire dormitum.* Epid.5.2. v.15. eſt alicui moleſtū eſſe. Eſt enim, teſte Donato, ſolo ſeu loco ſuo citare, h.e. mouere.
*ſollicitum habere aliquem:* moleſtum eſſe. Men.4.2.v.11.20.
*ſollicitus negotiis.* Stich.1.1.v.5.
*ſolidè.* Trin.4.2. verſ.47. *Solidè ſycophanta.*
*ſolide ſcire aliquid.* Trinum. 4.2. verſ.8.
*ſolidum,* de eo, quod radices egit, quod eſt integrum, & ſuis partibus abſolutum. Sic dicitur *Malefacta ſolida.* Epid 3.3.v.9. *Seruitus ſolida.* Terent. *Gaudia ſolida.* Senec. *Nequitia ſolida.*
*ſolidus:* vehemens. Mercat. Prol. v. 21. Apul. Metam. *Paueo, & formido ſolidè.* Terent. And.4.1. *Gaudiū ſolidum,* magnum & inſigne, ſiue plenum

plenum & integrum, vt Donat. Epid.... *Malefacta ſolida.*

*ſolitè*, h. e. remotis arbitris. Amph. 1.1.v.131.

*ſolium iouis*. Trin.4.2.v.98.99.

*ſolla:* eſt vox oſca, quaſi ſolida. Et notat ſedilia, in quibus tantum vnus ſedere poterat, quæ inſternebantur Babylonicis ſtragulis: Dicta etiam *ollaria*. Stich.2.3.v.53. vide doctiſs. Meurſ. Exercit. Crit. & Pomp. Feſt. *Sola ſternere: ſolliſternium habere.*

*Solon Legiſlator*. Aſin.3.3.v.9.

*ſolum*, terra. Pœn.3.1.v.68.

*ſolum* pro ſolea calceamentorum. Curc.2.3.v.18.Trin.4.3 v.16.

*ſolſtitialis herba*. Pſeud.1.1.v.36. vide Turn.lib.24.c.38.

*ſolſtitialis morbus* eſt morbus quiuis prauus & lethalis. Tri.2.4.v.143. Legendus omnino Hieronym. Mercurialis lib.5.Var. c 3. Neq; enim vacat huc exſcribere.

*ſolum* infimum pedis calcaneum, & calceamenti ſolea. Bacch.2.3. v.98. Lucret.lib.1.v.852.vide Indic. Giſan.

*ſolus ex plurimis*. h. e. vnus ex omnibus. Moſt.4.1. v.24.

*ſolus* pro *ſolitarius*. Aul.4.6.v.7.

*ſolus ſeorſum*. Aſin.2.2. v.95.

*ſolus* pro *ſolitarius, deſertus*. Aul.4.6. v.7. Moſt.4.3.v.3. *Terra ſola*. Terent.Phorm.

*Deportabitur in ſolas terras.* Virgil.Eclog.vlt.

*Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem.*

*ſoluere* pro *abſoluere*. Soluere aliquem.pro ſoluere alicui,vel:abſoluere aliquem. Bacchid. 4. 9. v.137.

*ſoluere rem collo*. Pœn.5.6.v.17.

*ſoluere ſimplum*. Pœn.5.6. v.25.

*ſolus nauis* quando dicatur, vide lit. N. Stich.3.1.v.16.

*ſolutus reus*. Truc.4.3 v.63.

*ſomniare*. Pſeud.4.7.v.91.

*ſomniare* pro *errare*. Moſt.4.2.v.38. & 4.3. v.21.

*ſomniare* pro *nugari* & *blaterare* Cur 4.3.v.14.

*ſomniare* pro *delirare*. Curc.4.3.v.14. Men.2.3.v 44.

*ſomniare* ambigue vſurpatur. Plautus Amph.2.2. v.65. *Somnium in ſomnis videre & inania ac futilia loqui.*

*ſomniculosè*. Capt.2.1.v.30.

*ſomniculosè*, negligenter, Schläfferich. Amph. 2.1.v.75.

*ſomnium* pro *omine ex ſomno*. Curc. 2.2.v.3. Mercat.2.1.v.2. Rud.1. verſ.2.

*ſomnium inſcitum & mirum*. Rud. 1. v. 5.

*ſomnium ſepelire*. Moſt.5 2. v.1.

*ſomno operam dare*. Pſeud. 2.2 v.6. Stich.2.1.v.40. vide *Prouerbia.*

*ſomno ſtudere*. Mil.2.2.v.60.

*ſomnus meridianus*. Moſt. 3.2. verſ. Pſeud.1.2.v.69.

*ſomnus*, ſomnium. Rud.3.4.v.67.

*ſonat mare*. Rud.1.3.v 23.

*ſonitus*. Caſ.3.5.v.9. Trin.3.3.v.25.

*ſonitus forium*. Curc.1.3.v.1.

*ſonitus & crepitus clauſtrorum*. Curc. 1.3.v.47.

*ſonitus ac tumultus*. Bacch.5.2.v.1.

*ſonitus vngularum*. Menæch.5.2.verſ. 113.

*ſonitus* pro ſtrepitu, de homine. Moſt.4.2.v.24.

*ſonitus tumultuoſus me exciuit*. Trin. 5.2.v.52.

*ſopor*, pro morte. Amph.1.1. v.148. 150. quia ſopor & mors fratres germani.

*ſopor & quies*. Rud.4.2.v.11.

*Sora* Colonia populi R. in Campania. Capt. 4. 2. v. 101.
*Soracum* : σώρακος : alii *Sarracum*. Perſ. 3. 1. v. 64. Eſt genus vehiculi, quo ornamenta portantur ſcenicorum, teſte Feſto. Gloſſæ: *Sarraca*, ἅμαξα. Etiam alii authores vſurpat, quorum teſtimonia adducit Lambin. quem vide.
*ſorbeo, ui.* Curc. 2. 3. v. 14.
*ſorbere ſanguinem aliorum*, eſt conſumere bona & fortunas. Bacch. 3. 1. v. 5. & 3. 3. v. 67.
*ſorbere*: dormiendo. Inde Cælius vocat *ſoporem ſorbilem*: quia maximus ſtertor efficitur quaſi ſorbendo, & ſtertendo. Milit. 3. 2. verſ 6.
*ſorbitio*: pro iure, quod ſorbendum traditur. Pſeud. 3. 2. v. 79.
*ſorbitium*, à ſorbeo: vt *Initium*, ab ineo. Pœn. 1. 2. v. 185. *Victitare ſorbitio*: in ſuſpiriis & gemitibus.
*ſors* pro ſumma pecuniæ, quam *capitale* vocamus. Die Hauptſummen Moſt. 3. 1. v. 60.
*ſors* pro capite illius pecuniæ, quæ in ſocietatem confertur. Moſt. 3. 1. v. 30. 79.
*ſors populna & abiegna.* Caſin. 2. 6. v. 32.
*ſortis* pro *ſors*, teſte Priſciano lib. 7. Caſ. 2. 6. v. 28.
*ſortio* ἀρχαϊκῶς. Caſ. 2. 6. v. 42. Ennius:
*An inter ſe fortiant vrbē atq; agros?*
*ſortitio*. Caſ. 2. 6. v. 38.
*ſortitio mulctæ*: hoc eſt, mulctæ particeps. Mil. 2. 6. verſ. 112. vide *Periphraſis*.
*ſordere Venus alteri*. Trucul. 2. 4. verſ. 30.
*ſordere* dicūtur, quæ cum aliis comparata cōtemnimus. Epi. 3. 4. v. 11. Sic Horat. l. 1. Epiſt. 18. v. 18.
——*pretium ætas altera ſordet.*
Hoc eſt: Nollem alterū tantum ſuperuiuere potius, quā vt reticerem, quæ dicere me animus iubet
*ſordidatus*, ſordida veſte amictus. Aſin. 2. 4. v. 90.
*ſorditudo.* Pœn. 5. 2. v. 10.
*ſoricina nænia.* Bacch. 4. 8. v. 48.
*ſoror germana.* Aul. 2. 1. v. 3. Trin. 3. 2. v. 64.
*ſortitò.* Merc. 1. 2. v. 25.
*ſortitus*, ſortiendi actus. Caſ. 2. 4. v. 26. Cic. pro Domo: *Quid ſi etiam pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti?*
*ſoſpitare aliquem factis*: eſt *beatum reddere*. Aſin. 3. 3. v. 93.
*ſoſpitare*, Aul. 3. 6. v. 10.
*ſoſpitalis*: ſalutaris. Pſeud. 1. 3. v. 17.
*ſoſpitem diem dare.* Pœn. 5. 4. v. 15.
*Sparta.* Pœn. 3. 3. v. 49.
*Spartiates*: *Spartanus*. Pœn. 3. 5. verſ. 25. 35.
*Spartiaticæres.* Pœn. 3. 4. v. 9.
*ſpatium breue curriculo*: quod nimis breue eſt ad currendum. Stich. 2. 2. v. 35.
*ſpatium pro tempore.* Aul. 4. 10. v. 75.
*ſpatium decurrere.* Merc. 3. 2. v. 4.
*ſpatium ætatis decurrere.* Stich. 1. 2. v. 14. Græcis στάδιον: Æol. σπάδιον. Inde ſpatium. *Spatiari* eſt in ſtadio decurrere. *Equus reſpatians* dixit Poeta Eleg. de obitu Mecœnatis.
*ſpecie lepida mulier.* Rud. 2. 4. v. 2.
*ſpecies pro forma.* Moſt. 1. 3. v. 23. Mil. 4. 8. v. 10. & 4. 6. v. 20.
*ſpecies Venuſta.* Pœn. 5. 2. v. 153.
*ſpecies ſimula*: ſimulata. Trinum. 4. 1. v. 22.
*ſpecies vrbis*: ſitus & ſtatus. Perſ. 4. 4. verſ. 2.

*Specimen* pro exemplo. Moſtel.1.2 v.42.

*ſpecimen* eſt argumentum, ſignum & probatio. Moſt.1.2. v.52.

*ſpecimen ſpecitur*, datur. Caſ.3.1.v.2. Bacch.3.2.v.15.

*ſpecio* δέχομαι. Caſ.3.1. v.2.

*ſpectacula* pro ornamentis & aulæis ſcenicis. Curc.5.2.v.47.

*ſpectaculum fabulæ*. Truc.2.7.v.27.

*ſpectamen*, probatio & documentum. Men.5.6.v.1. Vbi ſimul nota ſyntaxin: *ſpectamen bono ſeruo eſt.*

*ſpectare*: pro *inſpectare*. Moſtell.3.2. v.136.

*ſpectare*: pro *exſpectare*, viſere. Bacch. 1.2.v.2.

*ſpectare*: videre. Amph.1.1. verſ.271. Rud 4.7.v.23.

*ſpectare & viſere*. Moſtell.3.2.verſ. 107.

*ſpectare ad aliq*. Moſt.3.2.v.151.

*ſpectare intrò*. Moſt.4.2.v.27.

*ſpectare aliquò aliquem*. Moſtell. 4.3. v.32.

*ſpectata felicitas eſt*. Stich.4.1.v.49.

*ſpectati viri* Merc.2.2.v.47.

*ſpectatum eſt*, notum eſt. Pœn. 4.2. verſ.1.

*ſpecula*, parua ſpes. Caſin.2.4. v.26. Perſ.2.5.v.9. Cic. lib.2. Epiſt. *In communibus miſeriis, hac tamen oblectabar ſpecula.*

*ſpecula ſalutis*. Rud.3.3.v.4.

*ſpeculari*, *obſeruare*, Außſpüren. Aul.4.1.v.19.Caſ. 4.2. v.2. Moſt. 2.1.v.81. Trin. 4.1.v.10. & 4.2.v. 22. *ſpeculari loca.*

*ſpeculo clarus*. ſpeculi vicem clarus. Moſt.3.1.v.107.

*ſpeculo caput dimimui*, iocul ariter dicitur. Moſt.1.3.v.109.

*ſpeculum ſpeculo eſt*: formoſa mulier. Moſt.1.3. v.93.

*ſperabilis ſalus*. Capt.3.3.v.3.

*ſperare aliquem*: cõfidere in aliquo. Mil.4.5.v.10.

*ſperare Deos*, in Deos confidere. Caſ. 2.5.v 37.

*ſperare* pro *timere*. ſæpe apud Plautum & Terentium. Ciſtel.2.3. verſ.52.

*ſperata*, nupta. Pœnul. 5.4. verſ. 95 etiam ſponſus dicitur *ſperatus*: vt docet Alb. Gentil. de Nup. lib.2.c.21. vide etiam Turn. lib 10.24.

*ſpernere*, pro *diſiungere*, *ſegregare*. Capt.3.3. v.2.

Ennius:

*—— melius eſt*
*Virtute ius. nam ſæpe mali Virtutem nanciſcuntur:*
*Ius atque aquum ſeſe à malis ſpernit procul.*

*ſpes*, Dea. Bacch.4.8.v.52. Pſeud. 4.v.19.

*ſpes mea*: in blanditiis. Rud.1.3.v. 27.Stich.4.2.v.5.

*ſpes* pluratiuo numero. Bacch. 1.verſ.3.Pſeud.1.1. verſ.109. *Ita ſunt omnes ſpes atati meæ*. Epid.4 1.v.4.

*ſpes cœnatica*. Capt.3.1.v.36.

*ſpes cibariæ paraſitorum*. Curcul.1.3. v.28.

*ſpes ſperata*. Mercat. 3.4. verſ.13. & 2. v. 2.

*ſpes inſperata*. Men.5.9.v.21.

*ſpe neſcia*. Rud.1.5. v. 17. & 20. *ſpe parata.*

*ſpes elapſa eſt*. Capt.3.5.v.101.

*ſpes ſalutis*. Rud.3.3.verſ.17. *O ſalutis meæ ſpes!*

*ſpes opeſque*. Capt.2.3.v.85.

*ſpes atque opes vitæ*. Amph.5.1.v.1.

*ſpes ſalua eſt*. )( ſpes occiſa eſt. Caſ.2. 5.v.4.

*ſpes ſancta*. Ciſt.4.1.v.18.

Spes eſt. Men. 5.9.v.43.
ſpes animam efflauit. Truc. 4.4. verſ. 23.
ſpes Vitæ ſunt penes Iouem. Pœn. 5.4. v.15.
ſpes prorogatur. Aul. 3.5.v.58.
ſpes eſt futurum. Stich. 1.1.v.20.
ſpes decollat. Capt. 3.1.v.37. vide litt. D.
ſpes occidit: interijt. Moſt. 2.1.v.2.
ſpem perdere. Rud. 1.4.v.3.
ſpe Viuere. Rud. 1.3.v.27.
ſphyngis interpres Oedipus. Pœn. 1.3. v. 35.
ſpicere ἐξαϊκῶς Videre. Mil. 3. 1. verſ. 98.
ſpinther: eſt armilla [redacted] genus, quo mulieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro. *Feſtus*. Priſcian. lib. 5. ἀκροχέλιον. Men. 3. 3. v. 4.
ſpinther. τὸ. Men. 4.3.v.8.
ſpinturnicium. ὑποκοριστικὸν à *ſpinturnix*: quæ eſt deformis & inſpicata auis, dicta etiam *ambuſtanea* & *incendiaria*, quod de buſto ſeu rogo aliquid carbonis in tecta deferebat, & incendium portendebat. Græcè ἀπὸ τὴν σπινθῆρα, quod eſt ſtructura ignis. Noſter de forma puellari turpi effert. Mil. 4.1.v.42.
ſpiritus: halitus. Mil. 1.1.v.17.
ſpiſſum: longum tardum. Ciſt. 1.1.v. 77. Pœn. 3.5. v.47. Varro. *Naſcimur ſpiſſius, quam emorimur*. Cæcilius: *Nihil ego ſpei credo, omnes res ſpiſſas facit*. Turpilius: *ſpiſſum iter*.
ſpiſſigradiſſimi ſenes. Pœn. 3.1.v.3.
ſplendor clarior quam ſolis radij. Mil. Glor. 1.1.v.1.
ſpolia pro pecunia qua quis alium circumducit. Bacch. 4.4.v.2.
ſpolia capere. Trin. 3.2.v.98.
ſpoliis opplere ædes. Truc. 2.6.v.41.& v.43. *Spolia capere*.
ſpondere certo promittere. Epid. 1.1. v.6.
ſpondere eſt propriè patris puellæ. *Deſpondere* patris adoleſcentis. Ciſt. 2.1.v.21. vide Alb. Gentilem de Nuptijs l.2.c.2. Pag. 121.
ſpondere gnatam. Trin 5.2.v.33.34.
ſpondere Vxorem alicui. Curc. 5.2. verſ. 74.
ſpondere pro aliquo. Pœn. 1.2. verſ. 121.
ſponſa imperita atque integra ſiue incorrupta & iugi impatiens. Caſ. 4.4.v.11.
ſponſionem facere. Men. 4.2.v.27.
ſponte tuapte. Trin. 3.2.v.40.
ſponte mea ambulare non queo: meis viribus. Truc. 2.6.v.46.
ſportula. vas obſoniorum. *Nonius*. Men. 1.4.v.1. Stich. 2.2.v.17.
ſportulæ & ſportæ à ſparto dictæ ſunt inquit Nonius, quod ex ſparto fierent, vel ab aſportando. In eis enim portabant edulia omnis generis. Curc. 2.3.v.10. Deinde apud poſteriores Romanos *ſportulæ* dictæ cœnæ, apud tenuioribus dabantur: & opponuntur *rectæ cœnæ*.
ſpurcare. Men. 2.2.v.57.
ſpurcidicus Verſus. Capt Prol. v.56.
ſpurcificus: ſæuus, ſanguinarius. Non. Trin. 4.1.v 7. Lucill. Sat. 4. *Samnis ſpurcus homo*. Cic. lib. 1. ad Herenn. *Si quid eorum ſuperbè, ſpurcè*: h.e. atrociter, ſæuiter, ſanguinariè. Idem. *Spurciſſima tempeſtas*. Nonius.
ſputare. Capt. 3.4.v.18.
ſputator. Mil. 3.1.v.51.
ſputo. exſpuo. Merc. 1.2.v.27.
ſqualor immunditiés, immundus corporis cultus. Ciſt. 1.1.v.116.

*Squalidus & horridus homo*. Truc.5.1.v.41.42.

*Squama*. Rud.4.3.v.53.

*Squamoſum pecu*: ſunt piſces.Rud.4.3.v.5.Etiam Lucretius dixit *ſquamigerum pecudes*.

*St!* nota ſilentij.Caſ.5.2.v.47.Curc.1.2.v.69.Epid.2.2.v.1.Bacch.5.2.v.37.Moſt.2.2.v.58.74.& 3.2.v.166.167.Men.2.3.v.78.Mil.4.1.v.38.Pſeud.4.1.v.42.Merc.4.4.v.9.11. Næuius: *ST! tace. tale verbum caue faxis.* Poeta vetus: *–ſanctu' Serapis, Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt.* Pomponius Atellanarius Poeta. *Pater at ſt. negato eſſe hic me: operibo caput.*

*Stabile eſt*. Bacch.3.4.v.26.

*Stabilimentum ventri*.Curc.2.3.verſ.88.

*Stabilis domus*.Merc.3.4.v.68.

*Stabulum flagitij*. Truc.2.7.v.31.

*Stabulum ſeruitricium*:conuitium in ſeruos.Perſ.3.3.v.13.

*Stabulum nequitiæ*.Caſ.2.1.v.13.

*Stabulum* pro hoſpitio, ſtatione, perfugio. Moſt.2.1.v.3. Inde *Stabularius* pro caupone, diuerſitore ſeu hoſpite publico ſumitur Appul. *Manſionis pretio, ſtabulario perſoluto*.

*Stabulum olere*.Pœn.1.2.v.56.de meretricibus proſtibulis,quæ ante ſtabulum meritoriũ ſtant quæſtus cauſa.

*Stacte* ϛακτὴ: latex oleumue à cinnamomo & myrrha inciſa ſudans.Cur.1.2.v.6.Moſt.1.3.v.150.

*Stalagmium*: inaurium genus oblongum,ex bacca pendula,à guttæ ſimilitudine, quæ ϛαλαγμὸς dicitur.Men 3.3.v.18.*In aures ſtalagmia*.

*Stare fides* eleganter dicitur.Pſeud.1.5.v.62.

*Stare* pro *conſiſtere*,quieſcere.de naui in mari.Bacch.2.3.v.58.

*Stare*. cauſam pro aliquo dicere. Men.5.2.v.48.

*Stare* de aduocatis. Caſ.3.3.v.5.

*Stare* pro *eſſe*. Aul.3.3.v.2.

*Stare* dicuntur *pedes* ſobrijs, non ebrijs.Pſeud.5.1.v.1. vide litt.P.

*Stare ſententia*.Curc.2.1.v.35.

*Stat pretium*: conſtitutum eſt. Mil.5.1.v.132.

*Stat* pro *conſiſtit. vertitur. Periculum vitæ meæ ſtat tuo periculo*.Capt.3.5.v.82.

*Statim*: primam producit. Amph.1.1.verſ.83.119. Nonius explicat *perſeueranter,æqualiter,fixè*.

*Statio gladiatorum*. Mil.4.9.v.12.

*Statua ſeptempedalis*.Curc 3.v.70.

*Statua ſolida ex auro*.Curc.3.v.70.

*Statua verberea* de ſeruo bene verberibus exercito. Capt.5.1.v.31. Pſeud.4.1.v.7.

*Statuam ſtatuere*. Bacch.4.4.v.1.

*Staticulus*, & *um*. Saltatio in qua ſtatur, & mouetur nonnunquam. Perſ.5.2.v.43. Sic Cato apud Macrobium. *Sic nimirum M. Cato Senatorem ignobilem Cælium ſpatiatorem & Feſcenninum vocat,cumq; ſtaticulos dare hunc verbis ait: Descanthe.io: inde ſtaticulos dare,ridicularia fundere.* Et alibi: *Præterea cantat, vbi collibuit, interdum Græcos verſus agit, iocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat.* vide Turn.lib.17.10.&lib.18.4.

*Statuere*: ponere. Perſ.5.1.v.7.

*Statuere nauem*: pro, *ſiſtere*. Bacch.2.3.v.57.Arnob.lib.1. *Famuli eius hoc modo ſtatuerunt errantes aquas*. Cyprianus: *Si fontem ſiccitas ſtatuat*.

*Statura*. Amph.1.1.v.288.

*Statura commoda*. Aſin.2.3.v 21.

*Statura haud magna*. Pœn.5.2.v.152.
*Status*. Pœn. 1.2.v.56.
*ſtatus dies* dicitur, qui iudicij cauſa eſt conſtitutus. Curc. 1. 1.v.5.
*ſtatus*: conditio. Pſeud.5.2.v.2.
*ſtatus* pro habitu & facie ſtandi. Pſeud. 1.5.v.43.
*ſtatus*: pro habitu corporis. Amph. 1.1.v.109. Mil.2.2.v.51.
*ſtatutus*: magnæ ſtaturæ. Rud. 2.2. v.11.
*ſtega*. Tabulatum nauis, & quaſi proſcenium, in quo nautæ ambulant. *Fulgent.* Bacch. 2. 3.v.45. Stich. 3.1.v. 12. Petronius vocat *conſtratum puppis*. Hinc Cicero in Verrem: *nauis conſtrata*, quæ Cæſari *tecta*.
*ſtephaniſcidium*: στεφανισκίδιον. Stich. 5.4.v. 57.
*ſtellam diurna*: lucifer, φωσφόρος. Men. 1.2.v.62.
*ſteriles manus furum*. Truc.1.2.v.34.
*ſterilis amator*. Truc.2.1.v.30.
*ſtercoreus*: putidus inſtar ſtercoris. Mil. 2.1. v. 12. Sic in vulgato illo Varroniano: *Omnes videmur nobis aperdæ, feſtiui, belli, cum ſimus coprea.*
*ſterquilinium*. Caſ. 1.1.v.26. Quamquam hic Mſſ. Cam. exprimat ex *ſterculino* effoſſe. Et fere eſt, vt hoc alteri præferam, etiam analogiæ ratione. Facit huc, quod in Pand. Flor. non aliter legitur in l.17.§.ff.ſi ſeruitus vindicet.& in l.17. §. fundo ff. de actionibus empt. Item Gloſſæ: Sterculinum κοπροδοχεῖον, κοπρία. vide etiam *Cœnum*.
*ſterquilinium publicũ*. In maledictis. Perſ.3.3.v.3.
*ſtercus*: de re abiectiſſima. vide *Proverbia*.
*ſtertere*. Mil.3.2.v.7.
*ſtertere noctem totam*. Aſin. 5.2.v.22.
*ſtili Vlmei*. Pſeud.1.5.v.132.
*ſtilus* erat pennæ inſtar, cuius vna pars erat acuminata, qua ſcribebant: altera obtuſa, qua dolebant illud in cera, quod ſcripſerant, & ceram rurſus complanabant. Vnde nata phraſis *ſtylum vertere*. vide Notas Wowerij ad Petronium. & Phil. Plaut. *Scribendi, litterarũ*. Bacch. 4.4.v.64.
*ſtilus* ſcriptorius Mil.1.1.v.38.
*ſtimulari*. Ciſt. 2.1.v.4.& 3.4.v.66.
*ſtimulatrix*. quæ alterum exſtimulat, & hortatur. Moſt.1.3.v.46.62. Nam Schoppius & Colerus Meurſiuſque fruſtra ſunt cum illo Gifanij *ſimulatrix*. Paulo poſt enim verſu *Veneficam* facit & continuò v.62 *ſtimulatricem*.
*ſtimuleum ſupplicium*. Mil. 2. 6. v. 31.
*ſtimuli*: pro ferulis, quis vapulabãt ſerui. Moſt.1.1.v.54.
*ſtimuli & flagra*. Pſeud.4.8.v.3.
*ſtimulo fodere*. Curc.1.2.v.40. Men.5. 5.v. 48.
*ſtimulo fodi*. Bacch.5.2.v.39.
*ſtimulorum crux*: de ſeruis. Perſ. 5.2. v.17.
*ſtimulos pugnis cædere*. Truc.4.2.verſ. 55.
*ſtimulum τὸ*. Men.5.2. v.112.
*ſtimulus* pro *offendiculo*. Caſ.2.6.v.8.
*ſtimulus longus*. Truc.4.2.v.61.
*ſtipendia* μετωνυμικῶς pro ipſa militia. Quia in militia ſtipendia dari ſolita. Epid.1.1.v.36.
*ſtipendium emeritum*, dicitur quando pugnæ finis eſt. Moſt.1.2.v.51.
*ſtipulari*. Pſeud.4.6.v.14.
*ſtolidi* vocantur non tam ſtulti & excordes, quam tetri, moleſti, illepidi, quas Græci vocant μοχθηροὺς καὶ φορτικούς. Epid.3.3. v.39.

*Stolidus*.Bacch.5.1.v.2.

*Strategus*. στρατηγὸς, imperator belli, quem Æmilius Probus *Pratorē* vocat. Curc.2.3.v.6.

*ſtrategus* : magiſter conuiuij. οἰνόπτης, ὀφθαλμός. Stich.5.4.v.20.22 vide Philoſ. *Triclinii, Conuiuii.*

*ſtratiotici mores* Mil.4.8.v.49.

*ſtratioticus homo*. militaris. Ein Kriegßgurgel. Pſeud.4.1.v.12.

*ſtratioticus nuncius*. militaris, qui à milite venit. Pſeud.2.2.v.9.

*ſtratonicus* : quæſtor Regis Phil. & Alex.M. homo prædiues. Rud.4.2.v.27.

*ſtrena*. Stich.5.2.v.24. vide Feſtum & inibi Scalig.

*ſtrenuè*. Particula valde aſſeuerandi. Pſeud.1.5.v.94.

*ſtrenuè*: citò. Men.5.7.v.48.

*ſtrenue currere*. Trin.4.4.v.10.

*ſtrenue ire*. Pſeud.4.7.v.79.

*ſtrenui*. Truc.2.6.v.12.

*ſtrenui populi*. Pſeud.4.7.v.28.

*ſtrenuos praterire*. viros fortes negligere. Trin.4.3.v.29.

*ſtrenuus*, ſtrenuior. Epid.3.4.v.10.

*ſtrenuus vir*. Truc.5.1.v.53.

*ſtrenuus homo*. Pſeud.2.4.v.6.

*ſtriata pelagienſia*. Rud.2.1.v.9. vide Plin.lib.9.cap.37.

*ſtriges* ſunt aues nocturnæ, quas Græci στρίγγας appellant. Vnde maleficis mulieribus nomen eſt inditum. Gloſſæ: Striga λαιστρυγὼν, γυνὴ φαρμακίς. vide Scalig. ad Feſt.& Vergil. Catal. Pſeud.3.2.v.31.

*ſtrigilis*. Perſ.1.3.v.44. vide *Ampulla*.

*ſtrigilis rubiginoſa*. Stich.2.1.verſ.77.

*ſtringere* pro *cōſtringere*. Pſeud.1.2.v.66.

*ſtrophiarius* : Strophiorum opifex. Aul.3.5.v.41. Nonius: *Strophium faſcia breuis, qua virginalem papillarum tumorem cohibet*. Catullus: *Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.*

Turpilius Philopatro:

*—me miſeram, quid agam? inter vias*
*Epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam*
*Et ſtrophium collocarunt.——*

Apul.lib.11.Mileſ. *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula, illud cibarium vaſculum floridis palmulis rotabat in circulum.* Græci ταινίαν vocāt. Pollux τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὀνόμαζον, καὶ ταινίδιον. Anacreon optat vt ſit inter alia, καὶ ταινίην δὲ μαστῶν, καὶ μάργαρα τραχήλῳ. Retinuit vocem Apuleius lib.10. *Tunc ipſa cuncta prorſus ſpoliata tegmine, tænia quoque, qua decoras deuinxerat papillas, lumen propter adſiſtens, de ſtanneo vaſculo multo ſe perungit oleo balſamo.* Intellexit Coluthus Thebanus melliſſimis iſtis verſibus:

Ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα γυμνώσασα
Κόλπον ἀνείρυσε, καὶ οὐκ ἠδέσσατο κύπρις.
Χερσὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων
Στῆθος ἅπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.

Quæ complanaretur hac ſtrictura *Junceam* Terentius appellat, vel potius *iunceo pectore*. Lucillius *pectore puro* lib. 8.

*—quod gracile eſt, pernix, quod pectore puro,*
*Quod puero ſimilis.——*

Ab ea-

Ab eadem mente Iuuenalis : Cumque paludatis ducibus præſente marito ipſa loqui,recta facie,ſtrictiſque mamillis.Nam in maximo pudore vberiores & maiores mamillæ. Laberius in *Salinatores* vbi excuſatur fœmina, quod nec anus ſit, nec vinibua, nec extuberantibus mamillis,

*Non mammoſa,non annoſa,non bibo ſa,non procax.*

Sed nimis digredior.

*ſtructum*, paratum. Pſeud. 1.2.v.32. vide *Exſtruere*.

*ſtruere* : pro *augere*. Aul.3.6.v.8. Horat. lib.2.Od.3.

*—& exſtructis in altum Diuitiis potietur hæres.*

Perſ.

*Rem ſtruere exoptas cæſo boue.*

vide Feſtum littera S.

*ſtruices* : antiqui dicebant omnium rerum exſtructiones. Plautus *ſtruices patinarias* dixit Men. 1.1.v. 26.Liuius:*ſtruices ſaxeas*.Næuius apud Seruium Danielis ; *ſtruix malorum*. *ſtruere* autem pro adijcere,& augere vtebantur. Virg. *ſtruere penum*. Plautus dicto loco *Exſtruere menſas*. Tacitus *ſtruere conuiuia & epulas*. Columella: *ſtruere fercula*.Lucillius: *Exſtructa menſa*. Iuuenalis cocum vocat *ſtructorem* qui fercula docte cõponat. Athenæo τραπεζοποιὸς : Pollu. τραπεζοποιὸς. Quod Heſychius ſic explicat : ὁ τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος.

*ſtruthea* : putatur genus fuiſſe pomorum. Perſ. 1.3.v.7. de quo legendus Dalecampius ad Plin. l. 15.c.11. & l.23.c.6.

*ſtudeo me facere*. Aſin. 1.1.v.53. ἀρχαϊκῶς. Sic Salluſt. *Omnes homines qui ſe ſtudent præſtare cæteris*. vide αὐτόπτωσις & παρέλκον.

*ſtudeo vitæ*. Truc.2.5.v.7.

*ſtudere* ; pro, *velle*,*cupere*. Bacch.5.2. v. 42. Salluſt. *Qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus*. Cicero 2. Offic. *At vero ille tenuis gratum ſe videri ſtudet*.Lucret.*Te ſociam ſtudeo ſcribundis verſibus eſſe*.Amph.3 2.v.11. Pſeud. 1.5.v.108.

*ſtudere alicui*.fauere.Pſeud.Prol.v.1. Hinc Cicero *ſtudium* pro *amore* vſurpauit & *fauore*.

*ſtudere aliquid*.Helleniſmus.Mil.5.1. v.44.Pœn.3.1.v.72.

*ſtudere aliquibus rebus faciendis*.Merc. 1.2.v.80 Stich.5.3.v.5.

*ſtudere factis*. Moſt. 1.1.v.28.

*ſtudio maximo*:Stich.2.1.v.45.

*ſtudioſus adulterio*. Milit. 3. 1. verſ. 204.

*ſtudium*:in blandijs.Pœn.1.2.verſ. 178.

*ſtudium puerile*. Merc. Prolog. verſ. 41.

*ſtulteſcere præter ſpeciem*. Moſt. 4.2.v. 49.

*ſtultiloquentia*. Trin. 1.2.v.185.

*ſtultiloquium ſupprimere*. Mil.2.3.v. 25.

*ſtultiloquus*.Perſ 4.3.v.45.

*ſtultitia* pro amore. Ciſt.1.1.v.63.

*ſtultitia ſt*.Stich.1.2.v.82.

*ſtultitiam ſepelire*.eſt occulta re ſtult. Ciſt.1.1.v.64.

*ſtultiuidus* : ſtulte videns. Mil. 2.3.v. 64.

*ſtulto ſtultior*. Curc. 4.3.v.19.

*ſtultum & ſine gratia*. Aul.2.5.verſ. 11.

*ſtultus inepte*. Moſt. 2.2.v.64.

*ſtultus & inſcitus*.Men.2.3.v.85.

*ſtultus præter ætatem*.Epid.1.2.v.3.

*ſtupidus ſine animo*.Pœn.5.4.v.78.

*Stuprare*. Aul.Prol.v.36.
*Stuprare*. Truc.4.3.v.47.
*Stuprum ſuadere*. Truc.2.2.v.8.
*Stymphalicæ aues*. Perſ.1.1.v.4 Has fugauit Hercules ſonitu ahenei crepitaculi è palude Stymphalide. vide de laboribus Herculis litt. H.
*Sua ſibi*. Pœn.2.1.v.40.
*Sua ſibi ſal*. Capt. rol.v.46.
*Suadela* pro delenifica eloquentia. Ciſt. 2.3.v.24.
Horat. lib.1.Epiſt.6.
*At bene nummatum decorat Suadela Venuſq;.*
*Suaſor & impulſor*. Moſt. 3.3. verſ. 13.
*Suaſum*: color, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. *Feſtus*. Truc.2.2. v.16. *Suaſo infeciſti palludam*.
*Suauiatio* appellatiuè. Suauis ſuauiatio. Bacch. 1.2.v.8.
*Suaſus ab aliquo*, perſuaſus. Aul.Arg. 2.v.6.
*Suauis, amabilis, amœna*. Stich.5.4.v. 54.
*Suauis ſuauiatio*. Pſeud.1.1.v.63.
*Suauitudo mea*: in blanditijs. Stich. 5.5.v.14.
*Suauium*. Stich.5.5.v.23.24. Truc.2. 4.v. 4. 22.25.
*Suauium facere*. Men.1.3.v 13.
*Suauius*, melius, rectius, ſalutarius. Bacch.4.9.v.122.
*Sub* cum auferendi caſu. *Sub gemmam*. Curc.5.2.v.8.
*Sub manus*. vide litt.M.
*Sub manus ſuccedit negotium*. Mil. 4. 4.v.7.
*Subagitare*: turpe verbum. Mil.5.1. v.9.
*Subagitationes*. Capt.*Grex*.v.2.
*Subagitatrix*, τριβάς. Perſ. 2.2. verſ. 45.
*Subaquilum corpus*: ſubnigro colore inſtar aquilæ. Rud.2.4.v.9.
*subauſcultare*. Aſin. 3.2. v. 40. Mil. 4.2.v.3.
*subballio*. iocoſe: vicarius Ballionis. Pſeud. 2.2.v.13.
*subbaſilicani*, dicebantur homines otioſi, qui ſub baſilica ſolebant deambulare. Capt.4.2.v.35. Cur. 4.1.v.11. Iidem Cælio ad Cicer. lib.8.Ep.1. dicti *ſubroſtrani*, quia ſub Roſtris ſolebant deſidiabula ſua habere homines Murciæ & Vacunæ dediti. Vide Horat. l.2. Sat.6.v.50. Dicti quoq; ἀγοραῖοι τὰ τῆς ἀγορᾶς περιτρίμματα. Gloſſæ Philoxeni: *Baſilicanus*: μαλακός, ἀγοραῖος. Feſtus vocat homines ordinarios.
*subblandiri*. Bacch.4.8.v.35. Moſt. 1.3 v.64.
*Subblanditur* ὑποχαίνεις. Bacch.3.4. v.20.
*subdere*. Epid.1.2.v.37.
*subditicius*. ſuppoſitus. Pſeud.2.4.v. 62.
*subditiuus*. Amph.1.2.v.35. & 2.2.v. 198.
*subdiu*: pro, *interdiu*. Moſt.3.2.verſ. 79.
*subdole*. Ciſt.1.1.v.37.
*subdolum eſſe alicui*. Caſ. 4. 4. v. 5.
*subdolus*. Aul.2.5.v.8. Pœn.5.2.v.129. 147.
*subdolus & ſycophanta*. Pœn. 5. 2.v. 72.
*subducere*. ducere. Caſ.3.2.v.27.
*subducere aliquem*: ſurripere. Men. Prol. v.38.
*subducere* clam auferre. Curc.2. 3.v. 81. Mart.l.12. Epigr.29. *Subduxit mappas*.
*subducere nauem* ad portum. Bacch. 2.3.v.71.

*Subdu-*

*Subducere nauem in terram*, h e. in portum appellere. Contrarium eſt *Deducere* apud Virgil. lib. 4. & lib. 4. Æneid. Moſt. 3. 2. verſ. 51.

*Subducere ratiunculam* eſt digitis computare. Capt. 1. 2. verſic. 83. Curc. 3. v. 1.

*Subicitare* ſubigitare, turpe verbũ. Capt. Grex. verſ. 2. Caſ. 5. 4. v. 2. Mercat. 1. 2. v. 90.

*Subijcere* pro *ſupponere*. Epid. Arg. v. 3.

*ſubiculum flagri.* παθητικῶς. Perſ. 3. 3. v. 14. Conuitium eſt in ſeruos, quos flagra ſubigunt. Alibi *vlmorum Acheruns*: & *Vlmitriba*.

*ſubigere* eſt bello vincere, & in poteſtatem ſuam redigere. Curc. 3. v. 78.

*ſubigere vrbem*. Bacch. 4. 9. v. 4.

*ſubigere maledictu*. Trin. 1. 2. v. 103.

*ſubigere verberibus*. Moſt. 5. 2. v. 52.

*ſubigere* pro cogere. Amph. 5. 2. v. 13. Curc. 4. 3. v. 8. Ciſt. 1. 1. v. 103. Epid. 2. 2. v. 51. Mil. 4. 2. v. 15. Pſeud. 3. 2. v. 20. Stich. 2. 1. v. 39. Truc. 4. 3. v. 9.

*ſubigitare*. Merc. 1. 2. v. 90. 91. Nequam verbum eſt.

*ſubigitare ſio·tum*. Mil. 3. 1. v. 57.

*ſubigi*. Trin. 4. 2. v...

*ſubigit neceſſitas*. pro *cogit*, *adigit*. Pſeud. 1. 1. v. 6.

*ſubire ἐπ' αἰχμῶν* Caſ. 2. 6. v. 30

*ſubita res* ſubitaria. Epid. 1. 2. verſ. 57.

*ſubitaria res*. Mil. 2. 2. v. 70.

*ſubitò*. ex improuiſo. Bacch. 1. 1. v. 49.

*ſubitò properè, celerè*. Curc. 2. 3. v. 4.

*ſubitum*. Aul. 2. 3. v. 5.

*ſubitum eſt, ꝓpter quod*. Trin. 5. 2. v. 51.

*ſublectare*: abſolutè, idem quod oblinere os. Mil. 4. 2. v. 74.

*Sublegam ſermones*. Aul. 4. 5. v. 7.

*Sublegere ſermonem*. Mil. 4. 2. verſic. 98. & in Fragmentis. Ex occulto ſermonem eius ſublegam. Pacuuius dixit. Sermonem clepere.

*ſublegere*: ſurripere. Rud. 3. 4. v. 43.

*ſubleſtus*, infirmus, tenuis, leuis, friuolus. *Feſtus*, & *Nonius*. Bacch. 3. 6. verſ. 13. *Vinum ſubleſtum*, idem quod languidum. *Pictura ſubleſta* eſt tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Dicta à λῆσα vt quidam volent, quod idem eſt, quod linea. Inde ad alia tranſlatum ſumitur pro euanido, tenui & languido.

*ſubleſta fides*: leuis, infirma, Perſ. 3. 1. verſicul. 20. & Neruolariâ: *Vinum ſubleſtiſſimum*, quod reddit infirmos & corpore & animo.

*ſublimem rapere* de ſeruis dicitur, quos plagis baſilicè depreſſitos volebant. Aſin. 5. 2. ver. 18.

*ſublimem eſſe*: penſilem fieri. Men. 5. 7. v. 3. 6. 13. & 5. 8. v. 3.

*Sublimem facere, rapere*: exalto ſuſpendere. Mil. 5. 1. v. 1.

*Sublingio coqui*. Pſeud. 3. 2. v. 103.

*ſublinere os*. eſt ἐπισπαλίζειν. fallere. Aul. 2. 6. verſicul. 2. Capt. 4. 2. v. 3. Mil. 2. 5. verſ. 57. Merc. 2. 4. v. 17. Trin. 2. 4. v. 157. Vide literam. O.

*ſublinere os officijs*. Capt. 3. 4. v. 123. vide litt. O.

*ſubmerum vinum*. non plane aquâ dilutum. Stich. 2. 1. v. 116.

*Suminia tunica* vel à minio ſic dicta, quaſi *ſubminiata*, vel à minuendo, quaſi *ſubminuta*. Epid. 2. 2. v. 48.

*Specimen* pro exemplo. Moſtel.1.2. v.42.

*ſpecimen* eſt argumentum, ſignum & probatio. Moſt.1.2. v.52.

*ſpecimen ſpecitur*, datur. Caſ.3.1.v.2. Bacch.3.2.v.15.

*ſpecio* δεχομικῶς. Caſ.3.1. v.2.

*ſpectacula* pro ornamentis & aulæis ſcenicis. Curc.5.2.v.47.

*ſpectaculum fabulæ*. Truc.2.7.v.27.

*ſpectamen*, probatio & documentum. Men.5.6.v.1. Vbi ſimul nota ſyntaxin: *ſpectamen bono ſeruo eſt.*

*ſpectare*: pro *inſpectare*. Moſtell.3.2. v.136.

*ſpectare*: p *exſpectare*, viſere. Bacch. 1.2.v.2.

*ſpectare*: videre. Amph.1.1.verſ.271. Rud 4.7.v.23.

*ſpectare & viſere*. Moſtell.3.2.verſ. 107.

*ſpectare ad aliq.* Moſt.3.2.v.151.

*ſpectare intrò*. Moſt.4.2.v.27.

*ſpectare aliquò aliquem*. Moſtell. 4.3. v.32.

*ſpectata felicitas eſt*. Stich.4.1.v.49.

*ſpectati viri* Merc.2.2.v.47.

*ſpectatum eſt*, notum eſt. Pœn.4.2. verſ.1.

*ſpecula*, parua ſpes. Caſin.2.4. v.26. Perſ.2.5.v.9. Cic. lib.2. Epiſt. *In communibus miſeriis, hac tamen oblectabar ſpecula.*

*ſpecula ſalutis*. Rud.3.3.v.4.

*ſpeculari*, *obſeruare*, Außſpůren. Aul.4.1.v.19.Caſ.4.2. v.2. Moſt. 2.1.v.81. Trin. 4.1.v.10. & 4.2.v. 22. *ſpeculari loca.*

*ſpeculo clarus*. ſpeculi vicem clarus. Moſt.3.1.v.107.

*ſpeculo caput diminui*, iocularitet dicitur. Moſt.1.3.v.109.

*ſpeculum ſpeculo eſt*: formoſa mulier. Moſt.1.3. v.93.

*ſperabilis ſalus*. Capt.3.3.v.3.

*ſperare aliquem*: cōfidere in aliquo. Mil.4.5.v.10.

*ſperare Deos*, in Deos confidere. Caſ. 2.5.v.37.

*ſperare* pro *timere*. ſæpe apud Plautum & Terentium. Ciſtel.2.3. verſ.52.

*ſperata*, nupta. Pœnul. 5.4. verſ. 95. etiam ſponſus dicitur *ſperatus*: vt docet Alb. Gentil. de Nuptiis lib.2.c.21. vide etiam Turn. lib. 10.24.

*ſpernere*, pro *diſiungere*, *ſegregare*. Capt.3.3. v.2.

Ennius:

—— *melius eſt*
*Virtute ius. nam ſæpe mali Virtutem nanciſcuntur:*
*Ius atque æquum ſeſe à malis ſpernit procul.*

*ſpes*, Dea. Bacch.4.8.v.52. Pſeud.1. 4.v.19.

*ſpes mea*: in blanditiis. Rud. 1.3. v. 27.Stich.4.2.v.5.

*ſpes* pluratiuo numero. Bacchid.3 1.verſ.3.Pſeud.1.1. verſ.109. *Inte ſunt omnes ſpes ætati meæ*. Epid.4 1.v.4.

*ſpes cœnatica*. Capt.3.1.v.36.

*ſpes cibariæ paraſitorum*. Curcul. 1.3. v.28.

*ſpes ſperata*. Mercat. 3.4. verſ.13. & 5. 2. v. 2.

*ſpes inſperata*. Men.5.9.v.21.

*ſpe neſcia*. Rud.1.5. v. 17. & 20. *ſpes parata.*

*ſpes elapſa eſt*. Capt.3.5.v.101.

*ſpes ſalutis*.Rud.3.3.verſ.17. *O ſalutis meæ ſpes!*

*ſpes opeſque*. Capt.2.3.v.85.

*ſpes atque opes vitæ*. Amph.5.1.v.1.

*ſpes ſalua eſt.*)( ſpes occiſa eſt.Caſ.2. 5.v.4.

*ſpes ſancta*. Ciſt.4.1.v.18.

*Spes eſt*.Men.5.9.v.43.
*ſpes animam efflauit*. Truc. 4.4.verſ. 23.
*ſpes vitæ ſunt penes Iouem*. Pœn. 5.4. v.15.
*ſpes prorogatur*. Aul.3.5.v.58.
*ſpes eſt futurum*. Stich. 1.1.v.20.
*ſpes decollat*. Capt.3.1.v.37. vide litt. D.
*ſpes occidit*: interijt. Moſt.2.1.v.2.
*ſpem perdere*.Rud.1.4.v.3.
*ſpe viuere*.Rud.1.3.v.27.
*ſphyngis interpres Oedipus*. Pœn. 1.3. v. 35.
*ſpicere* δεξαϊκῶς *videre*.Mil. 3. 1. verſ. 98.
*ſpinther*: eſt armillæ [redacted] genus, quo mulieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro. *Feſtus*. Priſcian. lib. 5. ἀκροχειρέσιον. Men. 3. 3. v. 4.
*ſpinther*. τὸ. Men. 4.3.v.8.
*ſpinturnicium*. ὑποκορισικὸν à *ſpinturnix*: quæ eſt deformis & inſpicata auis, dicta etiam *ambuſtanea* & *incendiaria*, quod de buſto ſeu rogo aliquid carbonis in tecta deferebat, & incendium portendebat. Græcè ἀπὸ τῆς τὴν πυρὶθέσιν, quod eſt ſtructura ignis. Noſter de forma puellari turpi effert. Mil. 4.1.v.42.
*ſpiritus*: halitus. Mil.1.1.v.17.
*ſpiſſum*: longum tardum. Ciſt.1.1.v. 77. Pœn. 3.5.v.47. Varro. *Naſcimur ſpiſſius, quam emorimur*. Cæcilius: *Nihil ego ſpei credo, omnes res ſpiſſas facit*. Turpilius: *ſpiſſum iter*.
*ſpiſſigradiſſimi ſenes*. Pœn. 3.1.v.3.
*ſplendor clarior quam ſolis radij*. Mil. Glor. 1.1.v.1.
*ſpolia* pro pecunia qua quis alium circumducit. Bacch.4.4.v.2.
*ſpolia capere*. Trin.3.2.v.98.
*ſpolijs opplere ædes*. Truc. 2.6.v.41.& v.43. *Spolia capere*.
*ſpondere* certo promittere. Epid.1.1. v.6.
*ſpondere* eſt propriè patris puellæ. *Deſpondere* patris adoleſcentis. Ciſt.2.1.v.21. vide Alb. Gentilem de Nuptijs l.2 c.2. Pag.121.
*ſpondere gnatam*. Trin 5.2.v.33.34.
*ſpondere vxorem alicui*. Curc.5.2.verſ. 74.
*ſpondere* pro aliquo. Pœn.1.2.verſ. 121.
*ſponſa imperita atq; integra* ſiue incorrupta & iugi impatiens. Caſ. 4.4.v.11.
*ſponſionem facere*. Men.4.2.v.27.
*ſponte tuapte*. Trin.3.2.v.40.
*ſponte mea ambulare non queo*: meis viribus. Truc.2.6.v.46.
*ſportula*. vas obſoniorum. *Nonius*. Men.1.4.v.1. Stich.2.2.v.17.
*ſportula* & *ſporta* à *ſparto* dictæ ſunt inquit Nonius, quod ex ſparto fierent, vel ab aſportando. In eis enim portabant edulia omnis generis. Curc.2.3.v.10. Deinde apud poſteriores Romanos *ſportula* dictæ cœnæ, apud tenuioribus dabantur: & opponuntur *rectæ cœnæ*.
*ſpurcare*. Men.2.2.v.57.
*ſpurcidicus verſus*. Capt Prol.v.56.
*ſpurcificus*: ſæuus, ſanguinarius. Non. Trin.4.1.v.7. Lucill. Sat.4. *Samnis ſpurcus homo*. Cic.lib.1.ad Herenn. *Si quid eorum ſuperbè, ſpurcè*: h.e. atrociter, ſæuiter, ſanguinariè. Idem. *Spurciſſima tempeſtas*. Nonius.
*ſputare*. Capt.3.4.v.18.
*ſputator*. Mil.3.1.v.51.
*ſputo*. exſpuo. Merc.1.2.v.27.
*ſqualor* immundities, immundus corporis cultus. Ciſt.1.1.v.116.

*Squalidus & horridus homo*. Truc.5.1.v.41.42.

*Squama*. Rud.4.3.v.53.

*Squamoſum pecu*: ſunt piſces.Rud.4.3.v.5.Etiam Lucretius dixit *ſquamigerum pecudes*.

*St*! nota ſilentij. Caſ.5.2.v.47. Curc.1.2.v.69. Epid.2.2.v.1. Bacch.5.2.v.37. Moſt. 2.2.v.58.74. & 3.2.v.166.167. Men. 2.3.v.78. Mil.4.1.v.38. Pſeud. 4.1.v.42. Merc.4.4.v.9.11. Næuius: *ST! tace. talo verbum caue faxis*. Poeta vetus: *—ſanctu' Serapis, Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt*. Pomponius Atellanarius Poeta. *Pater at ſt. negato eſſe hic me: operibo caput*.

*Stabile eſt*. Bacch.3.4.v.26.

*Stabilimentum ventri*. Curc.2.3.verſ.88.

*Stabilis domus*. Merc.3.4.v.68.

*Stabulum flagitij*. Truc.2.7.v.31.

*Stabulum ſeruitricium*: conuitium in ſeruos. Perſ.3.3.v.13.

*Stabulum nequitia*. Caſ.2.1.v.13.

*Stabulum* pro hoſpitio, ſtatione, perfugio. Moſt. 2.1.v.3. Inde *Stabularius* pro caupone, diuerſitore ſeu hoſpite publico ſumitur Appul. *Manſionis pretio, ſtabulario perſoluto*.

*Stabulum olere*. Pœn.1.2.v.56. de meretricibus proſtibulis, quæ ante ſtabulum meritoriũ ſtant quæſtus cauſa.

*Stacte* στακτή: latex oleumue à cinnamomo & myrrha inciſa ſudans. Cur.1.2.v.6. Moſt.1.3.v.150.

*Stalagmium*: inaurium genus oblongũ, ex bacca pendula, à guttæ ſimilitudine, quæ σταλαγμὸς dicitur. Men 3.3.v.18. *Inaures ſtalagmia*.

*Stare fides* eleganter dicitur. Pſeud. 1.5.v.62.

*Stare* pro *conſiſtere*, quieſcere. de naui in mari. Bacch.2.3.v.58.

*Stare*. cauſam pro aliquo dicere. Men. 5.2. v.48.

*Stare* de aduocatis. Caſ.3.3.v.5.

*Stare* pro *eſſe*. Aul. 3.3.v.2.

*Stare* dicuntur *pedes* ſobrijs, non ebrijs. Pſeud.5.1.v.1. vide litt.P.

*Stare ſententia*. Curc.2.1.v.35.

*Stat pretium*: conſtitutum eſt. Mil.3.1.v.132.

*Stat* pro *conſiſtit*. *Vertitur*. *Periculum vita mea ſtat tuo periculo*. Capt.3.5.v.82.

*Statim*: primam producit. Amph 1.1.verſ.83.119. Nonius explicat *perſeueranter, æqualiter, fixè*.

*Statio gladiatorum*. Mil.4.9.v.12.

*Statua ſeptempedales*. Curc 3.v.70.

*Statua ſolida ex auro*. Curc.3.v.70.

*Valere*:poſſe.Merc.3.2.v.10.Trucul. 4.3.v.38.*Plus poteſt, qui plus valet*
*Valere, & validum tenere*. Truc.1.2. v.25.
*Valere*,validū eſſe. Amph.5.1.v.51.
*Valet pectus perfidia*.Bacch.2.2.v.48.
*Valetur*.Imperſonaliter.Perſ.2.5.v.8
*Valga ſauia*.quid ſint, vide litt.S.
*Valgus*:qui diuerſas habet ſuras, atque talos vitioſos. qui inceſſus eſt cancrorum & lacertorum. *στρεβλόπους*. Mil.3.1.v.127.
*Valide*. affirmandi part. pro,*ſane*. Pſeud.1.3.v.129.
*Valide*:valde. Amph.5.1. verſ.10.78. Merc.Prol.v.48.Rud.2.1.v.14.
*Validus*:ſanus. Men.5.3.v.2.
*Valuiſtini vſq;*.Forma ſalutandi eos quos ex interuallo videbant. Curc.1.1.v.16.
*Vanidici*: compoſitione Comicà:vt alia multa apud noſtrum. Trin. 2.1.v.37.
*Vaniloquentia*.Rud.4.1.v.14.
*Vaniloquidorus*. compoſitio ficta. Perſ.4.6.v.20.
*Vapula*. Formula contēnentis. Aſin.2. 4.v.72. Perſ.2.3.v.17. Curc. 4.4. v.12.Sic.Græcis *οἰμώζειν*. plorare *Vapula Papiria*.apud Feſtum.
*Vapulare* pro *miſerum eſſe*,dolere.*οἰμώζειν,κλαίειν*.Curc.4.4.v.12.vide *Prouerbia*
*Vapulat peculiū*.h.e.patrimoniū imminuitur,& diſſipatur. Stich. 5.5. v.10.
*Vapulet*.Verbū contēnentis alteri⁹ minas:vt illud Græcorū *οἰμώζειν* Plorare.Perſ.2.3.v.17. Aſin.2.4.v.. Curc.4.4.v..Vulgatū dictū liberte.*Salue liberta, Vapula Papiria*.
*Varius* pro *cruentus*.Pſeud.1.2.v...
*Variari virgis & loris*.verberari &lacerari.Pœn.Prol.v.26.
*Varius virgis*:cruēt⁹, ita vt coriū nō ſit vnius coloris. Mil.2.2.v.61.

*Varius*

*Varus*:qui eſt varis & diſtortis cruribus. Merc.3.4.v.54.Mil.3.1.v.127.
*Vaſa*:de genitalibus. Pœn.4.2.v.41. Pſeud.4.7.v.92.
*Vaſa ahenea*.Pſeud.2.2.v.61.
*Vaſa pura*.Capt.4 2.v.81.
*Vaſa Samia*.vide litt.S.
*Vaſculum vinarium*. Trin.4.2.v.46.
*Vaſum argenteum,aheneum*. Truc.1.1.v.33.34.Sic vet. dicebant, poſte.*Vas*.
*Vaſtam facere vrbem*.vaſtare. Bacch.4.9.v.130.
*Vaſticies*,ſolitudo,defectio. Sic loca vaſta, quæ ab omnibus deſerantur.Pſeud.1.1.v.68.
*Vber onus*.Pſeud 1.2.v.64.
*Vberrimus fructus*.Pſeud.5.2.v.11.
*Vbi* notat *materiam ex qua*. Aſin.4.1.v.22.
*Vbi dum*.Epid.3.4.v.73.
*Vbi* notat ſubiectum loci. Moſtel.2.1.v.11.
*Vela ſcindere*.Trin.4.1.v.18.
*Vbi* apud quem.Caſ.2.3.v.37.
*Vbi* pro *in quo*. Amph.2.2.v.68. Epid.3.3.v.2.Mil.2.1.v.40. Nauis vbi vectus fui.
*Vbi gentium*.Aſin.2.2.v.21.Epid.5.2.v.13.Pſeud.2.2.v.25. Rud.2.4.v.12.Truc.5.1.v.22.
*Vbi vbi gentium*.Mil.4.9.v.2.
*Vbi-loci*. Capt.5.2 v.5.Rud.2.7.v.13.& 4.4.v.117.Merc.5.4.v.26.
*Vbi terrarum*.Amph.1.1.v.180.
*Vbi hinc* : Quò. Aul.2.2.v.66.vide Gentilem de nuptiis.Pag.128.
*Vbi* pro ſi,*quando,quandocunque*, *vbicunque*. Epid.1.1.verſicul.37.& 1.2.v.10.Bacch.2.3.v.18.Moſt.1.3.v.115.Truc.2.4.v.73.
*Vbi,ibi*:particula *ἀναφορική*. Aul.3.5.verſic.51.Epid.4.2.v.25.Bacch.1.1.v.2.
*Vbi tum*.Bacch.4.4.v 57.
*Vbi,continuò*,Epid.1.2.v.52.
*Vbi*:quo loco.Aul.1.1.v.24.Mil.2.1.v.4.Trin.1.2.v.108.& 4.3.v.33.
*Vbi*:in quibus.Truc.1.1.v.53.
*Vbi, vbi*, pro *vbicunque* elegantiſſima formà Plautinà. Aſiu. 2.2.v.21.Curc.1.2.v.3.Caſ.3.6.verſic.3. Epid.3.4.v.60.Bacch.5.1. verſ.1. Mil.2.4.verſ.46.Rud.4.6.verſ.6. Sic enim rectè ibi Acidalius; quemadmodum poſtea inveni in Mſſ. Schobingeriano primo: cuius variantias nobis communicauit Delicium illud Muſarũ *Melior Goldaſtus*.
*Vbi* pro *poſtquam*. Capt.3.2.verſ.2. Ciſt.2.3.v.35.& 3.v.19. & *Grex* v. 3.Epid.1.1.verſ.69.84. & 1.2.v.51. & 2.2.v.95. & 3.3.v.4. & 5.1.v.49. Bacch.1.1.verſ.11. Men.1.2.v.33. & 2.1.v.32. Moſtel.1.2.v.51. & 1.3. v.97.& 2.1.v.14.& 5.2.v.1. Mil.2.1.verſ.31.37.Pœn.1.2.verſ.85. & 3.1. v.57. & 4.2.v.31.33. Stich.4.1. verſ.52. Trin.3.2.verſ.73. & 4.2. v.11. Truc.2.4.v.64.& 2.5.v.25. Truc.4.4.v.11.18.
*Vbi*, cùm, quando, ſi, Aul.2.2.v.7. Epid.3.3.v.41.& 4.2.v.18.Bacch. 1.1.v.2.& 4.4.v.34.37. Moſt.4.1. v.21.Men.1.3.v.7.
*Vbi*:quia.Pſeud.4.7.v.17.
*Vbi* tempus notat.Ciſt.1.1.v.26.
*Vectari*:deponentaliter. *Merc*.Prol. v.77.
*Vectura* pretium pro vecturà Moſt. 3.2.v.141.
*Vehiculum eijcere*: In prouerbio. vide *Prouerbia*.
*Vel*. intenſiua particula pro etiam Amph. 3.2.verſ.36. Aul.3.6.verſ. 24.Capt.1.2.v.23. Curc.5.2.verſ. 13.Epid.5.2.verſ.14.Bacch.4.8.v. 61. Moſt.1.3.verſ.22.140. & 3.3.

v.18.& 4.3.verſ.15. Men.5.1.v.28. Mil.1.1.v.15.59. & 2.4.verſicul.2. Pſeud.1.5.verſ.22. & 3.2.verſ.40. Pœn.1.2.v.62.121. Perſ.3.1.v.68. Stich.3.1.v.25.

*Vel hercle*:etiam.Aul.5.1.v.22.Rud.5.3.v.45.

*Vel quaſi*. vide litt. Q.

*Velabrum* locus Romæ erat iuxta montem Auentinum, à *vehendo* dictus. Ibidem *tabernæ olcariorum* erant. De velabro plura in Commentario noſtro Horatiano. Capt.3.1.verſic.29. Curc. 4.1.v.22.

*Velim vt velles*. Elegantiſſima formula conſolandi aliquem, quà oſtendimus ægrè nobis eſſe, quod alteri quicquam præter animi ſententiam proceſſerit. Moſt.3.2.v.54.vide Phraſ. Plaut. Tit.*Vouendi*.

*Velitari* eſt leuiter contendere. Men.5.2. verſ.28. *Velites* enim ſunt leuis armaturæ milites: Et *velitatio*, teſte Nonio, eſt leuis contentio.

*Velitatio*:pugna velitaris. Rud.2.6. v.41. Menæch.5.2.v... vide Feſtū. Lipſ. Varr.l.3.15.

*Velum paſſum*: expanſum ex explicaturn.Stich.2.3.v.44.

*Velum vortitur*.Pœn.3.5.v.9.

*Velum vertere*.Epid.1.1.v.47.

*Velut*.initio ſententiæ: *ad hoc exemplum*: hoc *modo*.Pſeud.3.1.v.5.

*Velut*: ſicut. Pœn.4.1. verſ.2. & 4.2. verſ.2..

*Velut huiuſmodi*.Pœn.4.2.v.2.

*Velle* Ob ſceno ſenſu. Aul.2.4.v.7.

*Velle alicui*: pro,fauere. Moſtel.1.4. v.24. Sicut *cupere alicui*. Terent. Andr.1 *Vel tu,vel quod verumeſt,vel quod ipſi cupio Glycerio*. Plautus ad Cice r.lib.10.Epiſt.Fam. *Certe & tibi maxime cupio*. Iterum Terent.Heaut. *Dij tibi, Demea, bene faxint, tum te video noſtræ familia tam ex animo factum velle*.

*Velle alicui bene*.Pſeud.4.3.v.7.

*Velle aliquem*.ſc.colloqui.&c.Bach. 5.2.v.21.Men 3.3.v.23.

*Velle aliquem aliquid*. Eſt propter aliquid aliquem velle conuentum. Pſeud.1.3.verſ.42. Trucul. 3.1.v.7.

*Velle aliquid aliquà re*. Mera. 2.1.v. 41.

*Velle aliquem* conciſè, pro *compellatum velle*.Epid.3.4. verſ.28. Terent.*Adeſdum,paucis de volo*.

*Velle* pro *optare*.Moſt.3.1.v.118.

*Velle, poſtulare, petere*. Trucul. 4.4. verſ.8.

*Vellicare*.Merc 2.3.v.73.

*Venalem aliquem habere*. Mil. 2. 6. verſ.97.

*Venales ſerui*.Aul.3.3.v.4.

*Venales habere*: mangoniam exercere.Trin.2.2.v.51.

*Venalium ſeruorum grex*. Ciſt. 4. 2.v. 67.

*Venaticus* abſolute de paraſitis. Capt.1.1.v.17.

*Venator* de piſcatore. Rud.4.3.v.51.

*Venatum ducere*.Stich.1. 2.v.82.

*Venatura verborum*. Mil.4.1.v.43.& 4.2.v.38.

*Venatus*:pro,piſcatu. Rud.4.3.v.31.

*Vendere bene*,hoc eſt carè. Curc.4.2. verſ.34.

*Vendere logos*.Stich.2.3.v.57.67.

*Venditaria lingua*. Stich.2.1. v.103. quæ vendere cupit.

*Venditare ſeſe*. venalem ſe ſiſtere. Curc.4.1.v.21.

*Venditare ſe*: de meretrice, quæ ſeipſam proſtituit.Mil.2.3.v.41.

*Venefica*. Epid.2.2.v.37. Moſtel.1.3. v.62.

verſ.62.Truc.4.2.verſicul.49.
*Venire*:vendi. Merc.2.3.v.115. Pœn. 5.2.v.55.
*Venefice!*Scomma.Rud.4.3.v.48.
*Venefice vir*,Rud.4.4.v.68.
*Veneficus*:In maledictis eſt.Perſ.2.4. v.7.Pſeud.3.2.v.83.
*Venerari* pro *orare*, *precari*. De Diis inprimis dicitur. Aul. Prol.v.8. Bach.2.1.v.4.Rud.2.1. v.16.Hor. l.2.Sat.2.v.124.*Ac veneratα Ceres*.
*Venerari aliquem*. orare. Rud 5.2.v. 62.
*Venerari Deos*.Pœn.5.1.v.17.
*Venerari Venerem*.Pœn.1.2.v.66.
*Venerem*:pro *venerer*. Truc.2.5.v.23. Horatius hoc verbum etiã παθητικῶς vſurpauit, vti & Lucretius & Ouidius, vide Canterum Nou.Lect.l.6.c.24.
*Venerem ſectari*.Rud.1.2.v.57.
*Venereus nutricatus*. Mil.3.1.v.54.
*Veneri peruigilare*.Curcul.1.3.v.25.vi de Phil.Plaut.*Deorum*,*Veneris*.
*Veneri votũ ſoluere*. Rud.Prol.v.60.
*Veneria Antiſtita*. Rud. 3.2.v.10.
*Veneria ſacerdos*.Rud.2.3.v.23. & 2.3. v.20.
*Veneris*:pro fano Veneris. Rud.3.6. v.11.*Vicinus Veneris*.h e.ædi Veneris.
*Veneris ara*.Curc.1.1.v.71.
*Veneris ædes*. Pœn.1.2.v.105. & verſ. 110.Veneris fanum.
*Veneris fanum*.Rud.2.2.v.3. & 2.3.v. 1.& 2.7.v.2.6.12.28. & 3.1.v.21. & 3.2.v.8.30.49.Ib.34. vide *fanum Veneris*.
*Veneris nepos*.Mil.4.6.v.50.
*Veneris oratio*. Stich.5.5.v.7.
*Veneris prælium*.Perſ.1.1.v.24.
*Veneris regnum*.Pſeud.1.1.v.13.
*Veneris ſacerdos*.Rud.2.4.v.17.
*Veneris tutela* Truc.5.1.v.75.
*Veneris iactus talorum* quis ſit vide Philoſ.*Talorum*.Aſin.5.2.v.56.
*Venerum & venuſtatum amœnitates*. Stich.2.2.v.5.
*Veniam dare*: nõ ſemper eſt parcere & ignoſcere alicuius culpę &errato:ſed permittere,ſinere concedere:vt explicat Turneb.l.27. c.12. ad illum locũ Plauti Trin. 2.2.v.44.*Veniam dare geſtio*. Vbi tamen expreſſeram lectionẽ Piſtoris &Acidalii.qui legunt *PH. quid id eſt ?* dic. n. iã dare geſtio. Vel ſic.*PH.quid id eſt?vel iam iam dare geſtio*. Rationes quibus ſuffulta erat hæc lectio,non nõ attingo Magis enim placet lectio omnium codd.&Mſſ.& cuſorũ, qui retinent τὸ *Veniam*.quod redonabitur Plauto,ita quoq; adſentiente VVittebergenſi editione nouiſſimà.
*Veniam grauatè dare alicui*. Bacch. 3.6.v.3.
*Venibus*.Perſ.3.1.v.8.
*Venibit* ἀρχαϊκῶς. Merc.2.3.v.124.
*Venire* pro *eſſe*.Aul.2.2.v.62. Bacch. 2.3.v.129.Propert.lib.2.Eleg.5.

*—non impune illa rogata venit*.

Et Eleg.10.

*Irritata venit,quando contemnitur illa*.

Et Eleg.11.

*Seu triſtis veniam, ſeu contra lætus amicis*.

Reliqua exẽpla vide apud *Schoppium* in Veriſim.lib.3.c.14.
*Venire* pro *redire*. Curc.3.v.67.Pſeu. 2.2.v.65.
*Venire ad aliquem ad cœnam*.Stich.3. 2.v.30.& 4.1.v.7.
*Venis*: *veneris* : antiquè : vt *ſcis* pro *ſcieris*.Rud.2.4.v.4.
*Venit in mentem de aliquà re,&alicuius rei*.Moſt.1.3.v.113. Exempla Ep. Ciceronem paſſim obuia.

*Venit*: pro *eſt*. Mil.3.3.v.18.
*Venit* pro *euenit*. Pſeud.1.1.v.60.
*Venter* dicitur barathrum ebrioſorum. Curc.1.2.v.29. Oppianus χάος γαστρὸς. Phædrus *ſpecu tartareum*.
*Venter quotidiani victus*. Capt.4.2. verſ.75.
*Venter intimus*. Truc.2.7.v.40.
*Venter infimus*. Stich.2.1.v.82.
*Venter ſaluus*. Turc.2.7.v.68.
*Venter collatiuus* eſt magnus & turgidus: quòd omnia edulia in eum conferantur. *Feſtus*. Curc.2. 1.v.16.
*Venter* pro luxu. *Operam dare Ventri*. Pſeud.1,2.v.42.
*Ventri*. aduentus. Truc.2.7.v.60.
*Vento ſecundo vehi*. Ciſt.1.1.v.15.
*In Ventrem ſumere confidentiam*: mira phraſi de paraſitis famelicis. Capt.4.2.v 25.32.
*Ventrioſus*. Aſin.2.3.v.20. Merc.3.4. v.54. Pſeud. 4.7.v.117. Rud. 2.2. v.11.
*Ventris cauſſa*. Rud.1.2.v.52.
*Ventulus*. Curc.2.3. verſ.37. Caſ.3.5. v.14.
*Ventus turbo*. Curc.5.2.v.42. Sic Apuleius. *Ventus turbo dicitur, qui repentinus flatibus proſilit, & omnia turbat*. Lucret. *Ventus verſabundus*.
*Ventus nauem deſeruit*. ἀπαγορευκῶς Non amplius ſumus felices. Moſt.3.2.v.50.
*Venus*. Bacch.1.2.v.7. & 4.8.v.52. Pœn.1.2.v.65. Truc.4.1.v.2.
*Venus*: de amaſia. Curc.1.3.v 36.
*Venus*. Sic amatores nominabant amicas ſuas. Bacch.2.2.v.39.
*Venus amorum conciliatrix*. Mil.4.6. v.12. Horat.Od.33.lib.1.
*Venus alma*. Rud.3.3.v.32.
*Venus* bona & obſequens. Rud.2.1. v.16. & 1.5.v.2.
*Venus Calydonia*. Pœn.5.4 v.8.
*Venus noctu-vigila*. νυκτιλαμπίς. Cur.1.3.v.40. Eadem dicta *Noctiluca* & *Lucerna*. Quia Venus nimirum crebra amat pervigilia, & otioſos dies, negotioſas noctes ſacris ſuis agundis habet. Quod ipſum ἐπίθετον, codē modo Seneca format *Somnum interuigilum*. Epiſt.83.
*Venus amœna*. Stich.5.5.v.1.
*Venus auara*. Pœn.2.1.v.11.
*Venus multipotens*. Caſ.4.4.v.17.
*Venus patrona*. Rud.1.5.v.1.
*Venus venuſta*. Moſt.1.3.v.5.
*Venus venuſtiſſima Diua*. Pœn. 5.4. v.4.
*Veneris nepotulus*. Mil.5.1.v.20.
*Venuſtas* appellatiuè. Bacch. 1.2. v.7.
*Venuſtas* amoris. Truc.4.2.v.4.
*Venuſtates*. Pſeud.5.1.v.12.
*Venuſtatū copia*. Pœn.5.4.v.5.
*Ver*: de vernante muliere. Truc.2. 4.v.2. Horat.lib.4. Od.5. de Auguſto Cæſare:
*Inſtar veris enim vultus vbi tuus.*
*Affulſit; populo gratior it dies.*
*Verax* Capt.5.2.v.6.16.
*Verba magnifica*. Curc.4.4.v.23.
*Verba blanda*. Perſ. 2.2. verſ.68. In quo verſu reprehendit Taubmanus noſter, quod ſcripſi ita requirente ſententia & Lepore Plautino. So. *abio P. & ego abiero*. Vbi Taubm. *at ego abiero*. Si hic venuſtum petas, Taubmane: certe quidē abs te omnis abiit genus.
*Verba mala*: dura. Trin.1.2.v.30.
*Verba Comica in lenones*. Pſeud.4.6. v.19.
*Verba* pro *prouerbia*. Epid.3.2.verſ. 14.

*Verba*

*Verba dare*, pro fallere, deludere. Capt.3.4.v.118.&4.2.v.7.& 5.1.v. 4.25.Curc.4.4.verſ.27. Epid.1.1. 85.& 3.4.v.88.& 5.1.v.8. Moſt.3.5. v.22.& 5.1.verſ.25.59. Mil.2.3.v. 82.& 2.6.v.93. & 5.1.v.41. Pſeud. 4.1.v.5.& 4.4.7. Rud.2.2.v.19. & 4.3.v.57.& 4.4.v.28. Truc.1.1.v. 71.

*Verba dare facetè*.Men.1.2.v.22.

*Verba facere*;diſputare,obloqui Au 2.1.v.51.Epid.1.2.v.38. Mil. 4.3. verſ.22. Pſeud.2.2.v.43. Trucul. 2.4.v.51.

*Verba facere emortuo*. Pœn.4.2.v.18.

*Verba facere pudicè, cogitatè, & commodè*.Pœn.5.4.v.49.

*Verba fabulari*. dare. Pſeud.1 3.v.26.

*Verbena*.Truc.2.5.v.27

*Verberaliſſimus* per iocum de ſeruo verberibus digniſſimo. Aul.4.4. verſ.6.

*Verberantes*:παθητικῶς. qui verberãtur.Truc.4.3.v.3.

*Verberare*. eleganter Plautus vſurpat,quando dicit. Amph.1.1.v. 177. *vox aures meas verberat*. Sic Lucret. l.1. ait *pontum verberari Ponto*. Idem *Verbera radiorum, & ventorum* dixit. Et Q. Cicero: *verberaui te cogitationis tacito dũtaxat conuitio*. Et Valer. vbi de neceſſitate. *Itaque Campanæ vrbis, qui punicam feritatem delitiis ſuis cupidè fouit, in propinquo ſitum Caſilinam modò rarum, virtute clarum, perſeuerantis amicitiæ pignore, impios oculos verberauit*,

*Verberare* pro fallere, decipere. Pſeud.1.1.v.118. & 1.5.v.60. vide *Tangere*,& *percutere*.

*Verberare verbis*.Truc.1.2.v.17.

*Verberea ſtatua* de ſeruo benè verberibus exercito. Capt. 5.1.v.31. Pſeud.4.1.v.7.

*Verbero* Conuitiũ in ſeruos. Amph. 1.1.v.25.128.188.& 1.3.v.21.& 4.2. v.9.Curc.1.3.v.40. Caſ.2.6.verſ. 28.Moſt.5.2.v.11. Mil. 2.3.verſ.51. & 2.6.v.2c. & 4.2.verſ.65. Merc. 1.2.77.Pſeud.1.3.verſ.125. & 4.4. verſ.9. & 4.7.v.63. Sæpè apud Plautum Eſt *Plagitriba* cuius coſtæ plagis & verberibus callent.

*Verbi velitatio*: λογομαχία egregia compoſitione ὑφʹἐν. Aſin.2.7.v. 41.

*Verbis vincere* Mil.2.2.v 31.

*Verbis ſuis* aliquem ſalutare.Bacch. 4.4.v.79.

*Verbis alicuius ſalutẽ nunciare*. Trin. 3.3.v.42.

*Verbis meis*, hoc eſt meo nomine. Amph.3.3.verſicul.12. Mil.3.3.v. 39.Rud.2.3.v.74.

*Verbis conceptis iurare*. Aſin.3.2.v.16. Bacch.4.9.v.105. Pſeud.4.5.v.5. vide Litt.C.

*Verbo*, Germ. Mit einem Wort. Aſin.4.1.v.55.

VERBA ACTIVA ABSOLutè poſita.

*Agere* pro agere ſe. Bacch.5.1.v.20. Moſt.1.2.v.30.

*Appellere*.Aſin.3.3.verſ.43. Bacch.3. 1 verſ.11.

*Qui præcipitauit in amore*. Trin. 2.1. verſ. 31. *Penetrare ſe*. Trin.2.2.v. 114.

*Turbare*. Moſt.3.1. verſicul. 15. vide litt.T.

*Alia exempla talium verborum vide quaſo apud Danielem Vechnerum in doctiſſimo libello Hellenolexia.*

VERBA ACTIVA TRANSITIuè & paſſiuè poſita.

*Decidere*: decidere & ſtillare facere, nempe

nempe vnguenta, de quibus agitur. Caſ. 2. 3. v. 21. Ita ibi vulgo, & Acidalius, vt & Colvius defendunt: nos tamẽ expreſſimus Mſſ. lectionem: *quæ mihi dediſti.* optimo quoque ſenſu.

*Contemnere*: cõtemni facere. Stich. 2. 2. v. 33.

*Conuertere*: pro conuerti. Stich. 3. 1. v. 13. Sic apud alios authores hęc exempla obſeruantur.

*Intermittere*: intermitti facere. Petronius: *Et quia repentina tranquillitas intermiſerat curſum.*

*Reſultare.* Apul. lib. 5. Aſ. *Feſtinantes adueniunt, ibiq; deflebant oculos, & plangebant vbera, quoad crebris earum eiulatibus ſaxa, cauteſq; parilem ſonum reſultarent.*

*Deripere*: pro, latere facere. apud eundem Apuleium.

*Deſidere*: deſidere fecit Apul. l. 1. *Et quoniam denſa habitantium ædificia locũ nouo hoſpiti nõ dabant, ante portam proiectam domũ deſedit.*

*Cohærere*: cohærere facere. Manil. lib. 3. Aſtron.

*Athla vocant Graii, quæ cuncta negotia rerum*
*In genera, & partes bis ſex diuiſa cohærent.*

*Recidere.* Apuleius lib. 3. *Sed quod alterius rei cauſa facere iuſſa ſum, mala quadam mea ſors in tuam recidit iniuriam.*

*Conſidere*: conſidere facere. Trin. 2. 2. v. 19.

*Copulãtur* pro copulãt. Aul. 1. 2. v. 38.

*Cruciare*, pro cruciari. Trucul. 2. 5. verſ. 2. ſiquidem lectio Palmerii obtinere debeat.

*Properare* ἐνεργητικῶς & tranſitiuè vſurpatur. Aul. 4. 1. v. 14. Caſ. 2. 8. v. 57. Bacch. 4. 9. v. 126. vide lit. P. *Properare* & *Penetrare*.

VERBA PASSIVA ACTIuè poſita.

*Conuortitur*, pro conuortit. Amph. 1. 1. v. 82. vide Non de contrariis verborum generibus.

*Dixit ſe conſuetum*, pro conſueuiſſe. Amph. 5. 1. v. 70.

*Obſecutum*, pro obſecundatum Aſin. 1. 1. v. 63.

*Iurari*, pro iurare. Perſ. 3. 2. v. 2.

*Præuorti*, pro præuortere. Caſ. 2. 8. v. 75. Pſeud. 1. 3. v. 8.

*Vagiri*, pro vagire Perſ. 2. 5. v. 18.

*Vorti in mercatura*, pro verſare mercaturam. Moſt. 3. 1. v. 104.

VERBA ACTIVA PASSIuè poſita.

*Caperat*, pro caperatur. Epid. 5. 1 verſ. 3.

*Impluit*, pro impluitur. Moſtell. 4. 1. v. 16.

*Lenire.* Mil. 2. 6. v. 100.

*Vertit* pro vertitur.

VERBA NEVTRA ACTIuè poſita.

*Abſtinere ſe.* Amphitr. 3. 2. verſ. 45. Curcul. 1. 1. v. 37. Caſ. 1. 1. v. 13. Mil. 3. 1. v. 48.

*Capeſſere ſe aliquò.* Aſin. 1. 3. v. 6.

*Declinare ſe.* Aul. 4. 8. v. 11. Sic Lucre. & Virg. 4. Æneid.

—— *dulci declinat lumina ſomno.*

*Migrare.* Trin. 3. 2. v. 13. Lucret. lib. 2. v. 779. & lib. 5. v. 832. Cic. lib. 1. de Diuinat. *Credo, me communi ziura migrare videatur.* Agell. *Caſſita nidum migrauit.* Titinnius: *Quot peſtes, ſenia & iurgia ſeſemet ædibus emigrarunt.* Ita emendabat Giſanius.

*Penetrare ſe.* Amph. 1. 1. v. 93. Truc. 1. 1. v. 23.

*Penetrare pedẽ aliquò.* Men. 2. 3. v. 49.

*Perpluit* Actiuè capitur. Moſt. 1.3.v. 8. Propert. lib. 2. *Niobe depluit lacrymas.*

*Prohibere aliquem.* Amph. 3.4.v.25.

*Properare aliquid facere.* Aul. 2.3.v.3. Epid. 3.4.v.82.

Virgilius:

*—Pulchram properet per vulnera mortem.*

*Reſidere* pro *quieſcere* Actiuè capitur. Capt. 3.1.v.8. Epid. 3.4.v.37. vide litt. R.

*Ruere.* Trin. 4.1.v.18.

Virgil. lib. 2. Georg.

*Et ruit atram ad cœlum nubem.*

## VERBA ABSOLVTA & Tranſitiua.

*Agere.* Amph. 1.1.v.294.

*Congeminare.* Amph. 2.2.v.154.

*Expedire.* Amph. 1.3.v.23.

*Morari aliquem.* Aſin. 2.4.v.7.

*Quaſſare.* Aſin. 2.3.v.23.

*Recipere.* Merc. 2.4.v.30.

*Suppeditare.* Aſin. 2. 4.v.17.

*Vertere.* Amph. 1.1 v.94.

## VERBA COMPOSITA pro ſimplicibus.

*Expurgare*: pro, *purgare.* Mil. 2. 6. v. 55.

*Exempla alia infinita reperies in Lexico.*

## VERBA SIMPLICIA pro Compoſitis.

*Fodiri* pro *effodi.* Mil. 2.4.v.21.

*Alia exempla ex Lexico hoc transferenda in hunc locum. Paſſim enim ſuis litteris obuia erunt.*

## VERBA GEMINATA.

Plautus ſuo more ſolens ſæpe verba geminat: vt *Durare, Opperiri.* Truc. 2.3.v.5. & 2.1.v.34. *Demunt, danunt*: vti quidem vult ibi Piſtoris. Ego ſententiam expreſſi ex veteri lectione.

Sæpe permutantur verba contraria. *Locare & elocare* pro *conducere.* Aul. 3.6.v.30. Epid. 1.2.v.41. & 2 2.v.114. *Occupatus* pro *otioſo.* vti quidem accipit Acidalius.

## VERBA FREQVENTATIVA

Quæ ſit vis verborum in TO, SO, quæ Grammatices Inchoatiua & Frequẽtatiua appellantur, diſceptant Grammatici. Multa namq; Frequentatiua dicuntur, quæ Deſideratiua potius ſunt. Antequam exempla Plautina ſubiungam, viſum eſt recitare Epigramma, quod olim de iſta lite Grammatica mihi excidit. Id tale eſt.

*Sunt duo, qui certant docta Ciceronis arena*

*Munito, Capto, Prenſo, quid ſit Vendito,*

*Quid ſit Dormito, oſtento,* Turnebus *in illam*

*Sententiam vtrcuis pede iuit, omnis*

*Quis TO vel SO extremam ſyllabam terminat orbem,*

*Rarò frequentiam, actionis ordinem*

*Sæpe notare: nec eſt finis diſcriminis inter*

Stephanum *Poſitum, & arte dædala induitum.*

*Munito, incipio munire, hic explicat; atq;*

*Prenſare, dormitare paro; inquit acriter.*

*Mars dubius, fidumq; doctumq; Palæmona quærit.*

*Vin' ſcire iudicium?* Stephani *mentem probo.*

Exempla Plautina omnia huc non congero: quæ ex Lexico peti poſſunt. Vnum & alterum ſubiungam

iungam tamen. *Dormito*. Amph. 2 2. v.175. *Cupito*. Ciſt. 2.1.v.19. *Quarito*. Ciſt. 2.3.v.59.& 4.2.v.19. *Facto*. Merc. Prol. v.95. *Pranſito*. Aſin. 1.1. v.18. *Reſponſare*. Ciſt. 2.1.v. 50. *Geſtitare*. Ciſt. 4.2. v.83 Vide alia exempla paſſim in hoc Lexico: itemq; duos aduerſarios Turneb. Adu. l.25.c.15. Ex Henr. Stephanum in Pſeudo Cicerone. necnon Taubmanum ad Stich. 2.1.v.104.

VERBORVM DIFFERentiæ.

*Adferre* & *Adducere* diſtinguuntur. Pſeud. 2.4.v.21.

Elegans incrementum eſt in verbis *Adiuuare, Augere, Amare*. Epid. 2.2.v.8.

*Adſpicere* minus eſt quam *diſpicere*. Ciſt. 4 2.v.25.

*Alere* eſt victu temporali vitam ſuſtentare: *Educare* ad ſatietatem perpetuam educere. *Nonius*. vide *Auſon*. *Popmam* de Diff. verb. Men. 1.1. v.22. Non illic homo homines non alit, *verum educat Recreatque*. Vnde colligere eſt, plus etiam eſſe *Recreare*, quàm *Alere*.

*Animus & mens diſcernuntur à*. Bacchid. 3.4.v.12. Quamuis ibi Lipſius malit *animi mens*, vt alibi apud Plautum.

*Attinere* & *Retinere* videntur differre. Men. 4.2.v.22.

*Audacia* in vitio: *Audentia* in laude. Caſ. 3.5 v.5.

*Beneficium* diſtinguitur *ab officio*: vt genus à ſpecie. Trin. 3.2.v.12.13. Eſt & loc⁹ Ciceronis in l. Philippica: qui nunc eſt in memoriam.

*Benignus: propitius* diſcernuntur. Perſ. 4.4. v.34.

*Cauere* eſt ſibi proſpicere quocumque modo. *Vitare* eſt declinare corpore & effugere noxium. Stich. 1.2. v.64.65. Seneca: *Nocturâ potentiam vitat, hoc primum cauens, ne vitare videatur.*

*Certum & arbitrarium* differunt. Amph. 1.1. v.216. Agellius l.1.c.13. *Anceps quæſtio eſt & in vtramque partem à prudentibus viris arbitrata eſt*. Sen. l.3. c.7. de Benef. *Ideo melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem, quam ſi ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit: huius libera & nullis adſtricta vinculis religio. & detrahere aliquid poteſt & adiicere, & ſententiam ſuam non prout Lex aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas aut miſericordia impulit regere.*

*Conniuere* minus eſt quam *dormire*. Moſt. 3.2.v.147.148.

*Cupio* plus eſt quam volo. Curc. 5. 2.v.73.

*Demere* eſt de toto auferre *Adimere* eſt ipſum totum auf. Bacch 4. 4. v. 14.

*Deperire* eſt plus quam *amare*. Epid. 1.1.v.62.

*Deputare* plus eſt quam *putare* Pſeu. Prol. v.19.

*Dimidium* & *dimidiatum* quid differant. vide Age l.l.3.c.14. Aul. 2. 4 v.14.

*Dona* Deorum ſunt: *Munera* hominum. Rud. Prol. verſ.23. vide etiam Iſidorum. Cic. II. de legg. Impius ne audeto placare donis iram Deorum. Donatus Eunucho Act 5. Scen. vlt. *Donum* Deorum eſt: *Præmium* virorum fortium: *Munus* hominum.

*Educere* ad ingenium )( *Educare* ad

ad corpus pertinet. Curc 4.2. v. v.31. Men.1.1.v.23.

*Effligere* & *Affligere* quid differant, vide litt. E. *Efflictim.*

*Enecare* plus eſt quam *opprimere.* Bacch.4.8.v.26.

*Eradicitus* plus eſt quam *radicitus.* Moſt.5.1.v.62.

*Exturbare* plus eſt quam *Turbare.* Moſt.4.3 v.38.

*Imprudentia* & *culpa* videntur diſcerni poſſe, ita vt Imprudenter peccemus neſcientes, cum culpa autem ſcientes volentes, proinde flagitioſè. Epidoci.5.2. verſ.63.

*Indicare* vendentis eſt: *Mercari* & *liceri* emptoris. vide litt. I. *Indicare.*

*Innocensre*: *Innoxius animo* dicitur, teſte Seruio in 10. Æneid. Pſeud. 1.5.v.45.

*Inuenire* & *reperire* promiſcuè vſurpantur. Bacch.3.6.v.33.

*Inuenire* & *reperire* ita diſtinguuntur à Valla, vt *Inuenire* ſit conſilii, *Reperire* vero fortunæ. Alii vero contra dicunt, *Inuenire* vel caſus vel conſilii eſſe: *Reperire* vero laboris & ſtudii. Vide Vallam Eleg. lib. 3. cap. 2. Alexander ab Alexandro libro primo, capite 21. Hanc differentiam non vſurpari à probatis authoribus docet *Fr. Floridus* Lect. Succiſ. lib.1.cap. 7. Varro de Re Ruſtic. libro 3. *Et hunc dum ſerpit non ſolum in area reperit, ſed etiam ſi riuus non prohibet in parietes ſtantes inuenit.* Cicer. de Orat. 2. *Nequaquam ſatis eſſe reperire, quid dicas, niſi id inuentum tractare poſſis.* Idem Tuſculanar. 3. *Nam vt medici cauſa morbi inuenta curationem eſſe inuentam putãt: ſic nos cauſa ægritudinis reperta medendi facilitatem repetemus.* Vide etiam locum Plaut. Aul. 4.2. v. 13. & inprimis Ouid. Metam. lib.1. v.654.

*—— tu non inuenta repertâ Luctus eras leuior.——*

Quem locum pauci intellexerunt hactenus. Nunc vt ſcripſi & diſtinxi, facilimus erit.

*Mentiri & mendacium dicere*, quid differant, vide litt. M.

*Munera ſunt hominum, Vt Dona Deorum.* Mil.3.1.v.115.

*Nutare* eſt capitis. *Nictare* oculorum. *Innuere* narium, labiorum, ſuperciliorum. *Nonius.* Aſin.4.1. v.39.

*Occupare* & *Præripere* videtur Plautus diſcernere. Men.5.9.v.21.

*Orare* & *Exorare* differunt. Caſin. Prol.v.43.

*Ouare* minus erat quam *triumphare.* Nam ſi bellum, quod iam confectum eſt, non fuiſſet ab initio hoſtibus indictum, aut ſi ſine ſanguine confectum, non dabatur triumphus, ſed tantum ouabant. Bacch.4 9.v.146.150. Vide etiam Alex. ab Alex. lib. 6. cap.17.

*Pepeliere* plus eſt quam *compellere.* Bacch.4.4.v.4.

*Petimus* precariò; *poſcimus* pro imperio: *poſtulamus* iure. Plau. Amphit. Prol.v.24. Alexander. Mag. apud Curtium: *Mori præſtat, quam precariò imperatorem eſſe.* Tacitus: *Animam precariam inter infenſos trahere cogor.*

Terent.

*Seu vi, ſeu clam, ſeu precariò.*

*Petere* eſt velle obtinere. *Quærere* eſt velle inuenire. Aul.1.2. verſ. 13.16.

*Prohibe-*

*Prohibemus factis vetamus* dictis & verbis. Curc. 1.1. v. 33.

*Pudere*, eſt verecundiæ. *Pigere*, pœnitentiæ. Pſeu. 1 3. v. 47. vide Donatum in Ter. Adelph. & Nonium in *Pudet*.

*Ratis* & *nauis* indiſcrete vſurpatur. Bacch. 4.6. v. 27. Moſt. 3.2. v. 53.

*Scelus, Facinus* & *Flagitium* quid differant. vide Auſonium Popinam de Differentijs verborum. Perſ. 4.4. v. 10.

*Scire* plus eſt quam *credere*. Donat⁹. Caſ. 2.6. v. 3.

*Spondere* propriè eſt patris pue læ: *Deſpondere* patris adoleſcentis. Ciſt. 2.1. v. 21. vide Alb. Gentilem de Nupt. l. 2. c. 2. Pag. 121.

Aliud eſt *ſpontè* aliud *vltrò*. Nam ſponte facere, & inuitè facere inter ſe opponuntur. Vltrò facit verò, qui nō exſpectat, dum rogetur, aut admoneatur, aut prouocetur, vt faciat. Præterea ſpōte etiam locum habet in rebus inanimis: vt cum dicimus, corpora grauia ſua ſponte deorſum ferri: vltrò verò tantum in rebus animatis, atque adeo in his quæ rationis ſunt participes. Iſta ſic explicat Lambinus ad Ciſt. 4.2. v. 52.

*Statura* corporis eſt: *Status* ad habitum refertur. Donatus. Amph. 1.1. v. 109. 288.

*Stultum* à *fatuo* ita diſcernit Iſid. lib. 10. *Stultus hebetior corde. ſicut quidam ait: Ego me ipſum ſtultum etiam exiſtimo: fatuum eſſe non opinor h. e. obtuſis quidem ſenſibus, non tamen nullis*. Bacch 5.1. v. 2.

*Subſidium* quod ſubeſt deficientibus, *Præſidium* imponitur. Auxilium repentinum eſt. Ita, *Subſidium* ad ſecundos caſus præparatur. *Præſidium* ad cuſtodiam collocatur. *Auxilium* vt proſit, ex inſperato venit. Sic *Corn. Fronto*. Ciſt. 4.2. v. 2.

*Symbola, ſymbolus, & ſymbolum* quid differant malim ex Caſauboni Animad. in Athen. lib. 3. cap. 31. quam ex me cognoſcere. Eò igitur viſe, & addiſce. Pluſcula enim ſunt, quam vt huc deſcribi à me poſſit, vel etiā debeant, qui compilatorem non ago, ſed Plautina duntaxat colligo. Symboli autem mentio fit apud noſtrum. Epid. 1.2. v. 22. Bacch. 2.3. v. 29. 31. 32. Pſeud. 1.1. v. 53. 55.

*Timidus* & *timens* quid differant, vide litt. T.

*Vereri & metuere* differunt. Amph. Prol. v. 23. & Act. 2.2. v. 202.

*Via* & *ſemita* diſcernuntur. Caſ. 3.5. v. 40.

## VERBORVM REPETITIO.

Eleganter & quaſi τεχνικῶς ſæpe verba repetuntur à Plauto. Aul. 3.6. v. 11. Caſ. 3.4. v. 18. Merc. 2.4. v. 26. vide litt. R. *Repetitio Verb.*

## VERBALIA.

*Verbalia*, ſæpe regunt caſum verbi ſui. Amph. 1.1. v. 12. *Opulento homini hoc magis ſeruitus dura eſt.* Moſt. 1.2. v. 17. *Gnaruris hanc rem.* Mil. 3.1. v. 206. *Qui niſi adulterio, ſtudioſus nulla rei alia eſt.* Rud. 2.3. v. 86. *Naui timidæ ambæ in ſcaphā reſiluimus.* Sic ibi membranæ Camerarij.

## VERBALIA IN IO. VIDE etiam *Synt. Inſol.* & *Periphraſis.*

*Verbalibus in IO* idem caſus tribui ſolebat: atque verbis vnde ori-

untur. Sic dicit Plautus Amph. 1. 3. v. 21. *Quid tibi hanc curatio eſt rem? aut mutitio?* Aſin. 5. 2. v. 70. *Quid tibi huc receptio eſt?* Curc. 5. 2. v. 28. Moſt. 1. 1. v. 6. *Quid tibi clamatio eſt.* Aul. 4. 10. v. 14.

Quid tibi acceſſio eſt ad has ædes prope. aut pultatio. Tru. 2. 2. v. 3.

*Nihil in ea re eſt captio.* Epid. 2. 2. v. 113.

*Eſt mihi cautio.* Pœn. 1. 3. v. 36.

*Tua eſt curatio.* Pœn. 1. 2. v. 141.

*Quid tibi me, aut quid ego agam curatio eſt* Moſt. 1. 1. v. 33.

*Quid illi erat exitio?* Truc. 2. 6. v. 30.

*Tua indicatio eſt.* Perſ. 4. 4. v. 37.

*Quid tibi interpellatio eſt, aut huc acceſſio in conſilium.* Trin. 3. 2. v. 83.

*Quid tibi tactio eſt?* Pœn. 5. 5. v. 29.

*Quid tibi iſtunc tactio eſt.* Caſ. 2. 6. v. 54. 56. Aul. 3. 2. v. 9. Men. 5. 2. verſ. 27.

*Quid tibi huc ventio aut aditio eſt, & notio.* Truc. 2. 7. v. 60.

*Huiuſque varius verborum vſus apud Plautum, cui illuſtrando ſoli operam damus. Ex aliis authoribus exempla collegerunt viri doctiſſimi Daniel Vechnerus in Hellenolexia: & Auſon. Popma de vſu antiquo L. L. quos videſis.*

*Verbo iſthoc*, h e. cum dicto, iam ſtatim. Curc. 1. 3. v. 56.

*Verbo eloqui.* Truc. 4. 2. v. 43.

*Verborum ſcelus.* Amph. Sc. *Di voſtr.* v. 55.

*Verborum tantillum dare.* Trin. 1. 2. v. 22.

*Verbum facere.* Aſin. 4. 1. v. 47.

*Verbum*: prouerbium. Merc. 4. 4. v. 31. Moſt. 3. 2. v. 104. Truc. 4. 4. verſ. 32.

*Verbum ſatis.* Bacch. 4. 8. v. 37. Rud. 3. 6. v. 28. Truc. 2. 8. v. 14.

*Verbum*: pro *quouis dicto.* Caſ. 2. 5. v. 38.

*Verbum vetus*: prouerbium. Pœn. 1. 1. v. 7.

*Verbum inſanum.* Men. 5. 5. v. 28.

*Verculum.* ὑποκοριστικὸν à vere. in blanditijs amantium. Caſ. 4. 4. v. 15.

*Verbum addere.* Trin. 2. 4. v. 63.

*Verecundari.* Trin. 2. 4. v. 77. Verecundari neminem in Senatu decet in ſententia dicunda. Ita Paraſitus verecundari ne vult in menſa. Vide etiã *Eraſmi Adagia.*

*Verrere ædes.* Merc. 2. 3. v. 63.

*Verres*: in conuiuio. Mil. 4. 2. v. 67.

*Veretur mei.* Milit. 4. 6. v... Sic locutus quoque Apuleius lib. 2. Metam. *Quin etiam ipſe parentem tuam: accedis & ſalutas? vereor ignota mihi fœmina?*

*Vergiliæ.* Amph. 1. 1. verſ. 118. ſunt ſeptem ſtellæ in Tauro: Sic dictæ, quia poſt vernum tempus oriuntur Heliacè. Græcè *Pleiades.* Alias *Maſſa* dicuntur. Germ. ruſt. Ein hauffen Stein. Gallina. Die Gluck. *Septiſt-llum*, Das Siebengeſtirn Angli *Brutrinem* vocant: gallinam habentem pullos. Brûethun.

*Verior*: veracior. Rud. 3. 4. v. 46.

*Veris modis.* Caſ. 3. 5. v. 4.

*Veriverbium.* Capt. 3. 4. v. 36.

*Verna.* Truc. 2. 7. v. 27.

*Verna natus.* Amph. 1. 1. v. 24.

*Vernaculum conſilium.* Pœn. 4. 2. v. 105.

*Verò* Eleganter ornat ſenſum. Epid. 1. 1. v. 3.

*Verò.* Aduerſatiuæ particulæ vim habet. Moſt. 1. 2. v. 76. & 3. 1. v. 18. 46.

*Verò* pro *tamen.* Caſ. 3. 6. v. 7.

*Verò* eleganter ſeruit Ironijs. Aul. 2. 4. v. 6.

4.v.6. *Beatus verò es nunc.* Moſt. 3. 1. v. 56.

*Verò* & *Verum.* Caſ. 2.6.v.50. Rud. 4. 3.v.56. Particula aſſentientis, idem quod *immò*. Pœn. 1.2. v. 291. Aſin. 4.1.v.45. Men. 5.7.v.35. Perſ. 4.10.v.6. Terentius ſæpius vſurpat Andria.

*D. Quemne ego heri vidi ad vos afferri veſperi?*

*M. O hominem audacem! D. Verū.*

Eunucho:

*PA. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?*

*CH. Verum.*

Ibidem.

*PAR. Siquidem iſtuc impune habueris. PY. Verum.*

Ibidem.

*G. Rex te in oculis. T. Scilicet.*

*G. Geſtare. T. Verò.*

Adelphis:

*Syre, quid eſt? C. men' quæris?*

*SI. Verum.*

Ibid.

*An quicquam eſt amplius? H. Verò amplius.*

Heaut. *id non fit?* CLIT. *Verum.* Ibid. *Facias*: CH. *verum.*

*Vero.* certe. Aſin. 1.1.v.42. & 2.2.v.1. & 3.2.v.22. Truc. 2.2.v.14. Men. 5. 2.v.73. Perſ. 4.6.v.10.

*Vero vincere*: venuſtè dicitur pro, argumentis docere & euincere. Moſt. 1.2.v. 12. Cic. 4. Parad. *Dementem & inſanum rebus te vincam neceſſariis.*

*Verò illatiuè* vſurpatur pro igitur, ſeu potis *exceptiuè*. Epid. 5.2.verſ. 57.

*Vero.* vere. Truc. 2.2.v.47. Moſt. 1.3. v.21. Merc. 4.1.v.19. Capt. 3.4.v.35. Aſin. 3.2.v.22. Apul. lib. 1. Mileſ. *Sed tibi prius deierabo Solem iſtum videntem Deum me vero comperta memorare.* Sic enim emendat Schoppius.

*Verritur* ἴξῳ. Truc. 2.7. v.7.

*Verſare aliquem*: vexare. Ciſt. 1.1.v.96

*Verſare aliquem.* euertere aliquem bonis. Curc. 4.1.v.23.

*Verſare* propriè de piſcibus dicitur, qui dum aſſantur verſari ſolent. Aſin. 1.3. v.28. Inde translatè in technas & fallacias deducitur. Curc. 4.1.v.23. Bacch. 4.5. verſ. 6. Perſ. 5.2.v.17.

Virgil.

*Vel verſare dolos vel certa occumbere morti.*

Transfertur etiam ad illos, qui pudore aut animi ſiue dolore quopiam huc illuc ſe conuertunt, neque vbi conſiſtant tranquillè, inueniunt. Caſ. 1.1. v.52. Cicero in Verrem. *Verſat ſe, quærit quid agat.* Idem: *Itaq; æſtuabat dubitatione: verſabat ſe in vtramq; partem, nec ſolum animo, ſed etiam corpore.* Ibidem: *Hærere humo, verſari, rubere, &c.* Senec. Epiſt. 90. *Sollicitudo nos in noſtra purpura verſat.*

*Verſare in corde.* Trin. 2.1. v.1.

*Verſari.* Ciſt. 2.1.v.4.

*Verſari.* in varias formas mutari, Pſeud. 2.4.v.55.

*Verſipellis capillus*: h.e. canus. Perſ. 2. 2.v. 48.

*Verſu vincere*: h.e. ſaltatione in orbē de qua Phil. Plaut. Stich. 5.5.v.29

*Verſus veteres.* Caſ. Prol. v.6.

*Verſus immemorabiles.* Capt. Prol. v. 56.

*Verſus meliores facere.* Trin. 3.2.v.81.

*Verſutus, malus, doctus* Pſeu. 4.8.v.6.

*Verſutus* pro vafro, callido. Epid. 3. 2.v.35.

*Verſute malus.* Pſeud. 4.3.v.1.

*Vertere* pro *euertere.* & κατ' ἔλλειψιν.

Euertere bonis. Curc. 4. 1. v. 23. Amph. Sc. *Quis tam.* v. 57.

*Verteri*: diuertere. Merc. 2. 3. v. 97.

*Vertere* abſolute, vt *conuertere*: pro *verti*. Amph. 1. 1. v. 94. Sic Salluſt. Catill. *Poſt vbi regium imperium, quod initio conſeruandæ libertatis, atq; augendæ Reipubl. fuerat, in ſuperbiam dominationemque conuertit.*

Lucret. lib. 5.

*Canceris vt vertet metas ad ſolſtitiales.*

Et:

*Omnia commutat natura, & vertere cogit.*

*Vertere*: ſuccedere. Perſ. 4. 1. v. 5.

*Vertere linguam ad mores hominum.* Pœn. 5. 2. v. 24.

*Vertere* veſtem & nomen. Capt. Arg. v. 6.

*Vertere velum*. Epid. 1. 1. v. 47.

*Verti in mercatura*: pro, *verſare mercaturam*. Moſt. 3. 1. v. 104.

*Vertit male res.* Truc. 1. 2. v. 44.

*Vertit*: pro, *vertitur*. Pſeud. 2. 3. verſ. 16.

*Verum*: pro *veru*. δεξιῶκᾶς. Rud. 5. 2. v. 17. Truc. 2. 7. v. 6.

*Verum* pro *æquum*, *par*. Moſt 3. 1. v. 52. Cicero pro Murena: *Cato tamquam homo vera virtutis caſtos negat verum eſſe allici beneuolentiam cibo.* hoc eſt. negat docere, vt populum muneribus & cibis beniuolentem nobis conciliemus. Sic *verè* pro rectè & ſincerè poſuit. Cicero lib. 6. Fam. Epiſt. 22. *Magna enim conſolatio eſt, cum recordare, etiamſi ſecus acciderit, te tamen recte vereq; ſenſiſſe.* Terent. *Hoc vbi fit, ibi non verè viuitur.*

Horatius:

*Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.*

*Verum* pro *decoro*. Aſin. 3. 3. v. 112.

Horat. lib. 1. Epiſt. 7. verſ. vlt.

*Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.*

*Verum* pro *veritate*. Moſt. 1. 3. v. 24. *Ego verum amo, verum volo mihi dici.*

*Verum etiam*. Adſentientis particula: idem quod immò. Pœn. 1. 2. v. 191. Alia exempla vide apud Terent. Eun. 2. 3. v. 55.

*Verum enim*. Pœn. 4. 2. v. 51.

*Verum hercle*. Pſeud. 1. 3. v. 105.

*Verum hercle verum*. Capt. 1. 1. v. 7.

*Verum hercle verò*. Curc. 3. v. 5.

*Verus*: germanus. Pſeud. 4. 7. v. 108.

*Verus factis*: verax. Mil. 4. 8. v. 57.

*Verueceum caput*: in conuitio. Du Schaffskopff. Perſ. 2. 2. v. 2. De homine ſimplice ſtupido & ſtolido.

Iuuenal. Sat. 10.

*Veruecum in patria, craſſoq; ſub aere nati.*

Vide etiam Phil. Plaut. Tit. *Nominum.*

*Veruex ſectarius* eſt qui ſectis eſt teſtibus, carnis ſapore commendabilis. πίτυρος Laconum lingua aries maior, qui gregem anteire conſeuit. Capt. 4. 2. v. 40.

*Veruex*: de ſene ad Venerem inepto. Merc. 3. 3. v. 6. Caſ. 3. 2. v. 5.

*Veruina*. verutum, ſeu veru culinarium. Bacch. 4. 8. v. 16. Turneb. Quatuor ſyllabarum eſſe crediderim, & obeliſcum ſignificare. h. e. paruum veru, & tamquam vericulum. l. 24. c. 11. Aduerſ. Fulgentius. *Veruina saculi genus longum, quod aliqui verutum appellãt.* Vide etiam Lipſ. Poliocr. lib. 4. Dial. 4.

*Veſanus*. Trin. 4. 1. v. 7.

*Veſper.* Bacch.5.2.v.86.
*Veſper* & *viſpera* dicitur. Aſin.2. 3.v. 40.
*Veſper:* pro veſperna ſeu cœna quæ datur in veſperum. Moſt.1.1.v.64.
*Veſperi:* veſperna cœna. Rud. 1.2.v. 91.
*Veſperugo.* Amph.1.1.v.118. ſtella, quã alij nomine *Veſperum* & *Veſperam*, Græci ἕσπερον appellant.
*Veſperum:* pro furto veſpertino. Mil. 4.2. v.5. vide *Prouerbia.*
*Veſtibulum ædu.* prima ianuæ pars, vel quod ianuam veſtiat, vel quod Veſtæ conſecratum eſt. Moſt. 3.2. v.135.
Ouid.6.Faſt.
*Hinc quoq; veſtibulum dici reor, ꝟnde precamur*
*Quæ famur, ꝟeſta eſt, quæ loca prima tenet.*
*Veſtigare.* Truc. 2.4.v.54.
*Veſtiſpica:* quæ veſtem ſpicerent, & merentur. Trin.2.1.v.22. *Veſtiſpici ſerui: ꝟeſtium cuſtodes, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciant.* Nonius. Alias dicti à ꝟeſte. Varro. *Tu domi videbu:* curabis. Plautus *Intus para, cura, ꝟide.* Sic quidam dicit *Cœliſpex.* Vide Inſcript. Gruteri. Pag. DLXXVIII. 1.4.5.7.
*Veſtrorum* pro *ꝟeſtrum.* Moſt.1.3.v.122. Vbi ſpectatores alloquitur. vide Scal de cauſis L.L. l.6. c.129.
*Veter, ꝟeterior.* Bacch. 5 2.verſ.31. De duroſene Priſcian. lib.3.& 6.
*Veteres* abſolutè. Sc. *Curiæ*, tabernæ. Curc.4.1.v.19.
Liu. lib. 44.
*Pone ꝟeteres ad ꝟertumni ſignum.*
Ouid. lib.3.Faſt.
*Ianua tunc Regis poſita viret arbore Phœbi:*
*Ante tuas itidem curia priſca fores.*

*Veternus:* lethargus Græcis, inexpugnabilis dormiendi neceſſitas. Men.5.4.v.3.
*Veterator.* callidus & aſtutia vetuſta roboratus, Eſt conuitium in ſeruos. Moſt.3.1.v.71.
*Veteres & ꝟetuli ſenes.* Epid. 2.2. v. 4. Meurſius huc adducit Inſcriptiones, vt probet *ꝟeteres* etiam dici de ſenibus.
ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES STATVAM IN FORO POSVERE.
Alia: ARVNCITANI VETERES ET IVVENES OPT. CIVI.
Tertia: . . . TV RIASON VETERES ET IVN. STATVAM IN FORO MINERVÆ OPT. CIVI P.
*Veteres & antiqui ſerui.* Pœn. 5.2.v. 18.
*Vetula.* Moſt.1.3.v.117.
*Vetulus ſenex.* Merc.2.2.v.43.
*Vetula ꝟerba.* Epid.3.2.v.14.
*Vetulæ oues.* Bacch.5.2.v.10.
*Vetus & antiquum.* Moſt. 2.2. v.45. Bacch.4.4.v.60.
*Vetus vetuſtum.* Curc.1.2.v.4.
*Via* à *ſemita* diſcernitur. Caſ. 3.5.v. 40.
*Via recta.* Pſeud. 4.7.v.37. & 4.4.v. 13. Pœn.3.3.v.78. Trin.4.2.v.26.
*Via* pro *platea.* Moſt. 1.1.v. 53.& 1.4. v.13. *Per vias.*
*Via* pro *ratione.* Epid.2.2.v.9.
*Via facilu & plana ad quærendum honorem.* Trin.3.2.v.20.
*Via publica.* Curc.1.1.v.35.
*Via ſcrupoſa.* Capt.1.2.v.76.
*Via ꝟera.* Caſ.2.6.v.17.
*Via tranquilla.* Stich.2.2.v.13.
*Via cærulea maris.* Rud.1.5.v.10. vide *Equus ligneus.*

*Verba dare*, pro fallere, deludere. Capt.3.4.v.118.&4.2.v.7.& 5.1.v. 4.25.Curc.4.4.verſ.27. Epid.1.1. 85.& 3.4.v.88.& 5.1.v.8. Moſt.3.5. v.22.& 5.1.verſ.25.59. Mil.2.3.v. 82.& 2.6.v.93. & 5.1.v.41. Pſeud. 4.1.v.5.& 4.4.7. Rud.2.2.v.19. & 4.3.v.57.& 4.4.v.28. Truc.1.1.v. 71.

*Verba dare facetè*.Men.1.2.v.22.

*Verba facere*;diſputare,obloqui Au 2.1.v.51.Epid.1.2.v.38. Mil. 4.3. verſ.22. Pſeud.2.2.v.43. Trucul. 2.4.v.51.

*Verba facere emortuo*. Pœn.4.2.v.18.

*Verba facere pudicè, cogitatè, & commodè*.Pœn.5.4.v.49.

*Verba fabulari*. dare. Pſeud.1 3.v.26.

*Verbenæ*.Truc.2.5.v.27

*Verberaliſſimus* per iocum de ſeruo verberibus digniſſimo. Aul.4.4. verſ.6.

*Verberantes*:παθητικῶς. qui verberātur.Truc.4.3.v.3.

*Verberare*. eleganter Plautus vſurpat,quando dicit. Amph.1.1.v. 177. *vox aures meas verberat*. Sic Lucret. l.1. ait *pontum verberari Ponto*. Idem *Verbera radiorum, & ventorum* dixit. Et Q. Cicero: *Verberaui te cogitationis tacito dūtaxat conuitio*. Et Valer. vbi de neceſſitate. *Itaque Campanæ vrbis, qui punicam feritatem delitiis ſuis cupidè fouit, in propinquo ſitum Caſilinam modò r.arum, virtute clarum, perſeuerantis amicitiæ pignore, impios oculos verberauit*,

*Verberare* pro fallere, decipere. Pſeud.1.1.v.118. & 1.5.v.60. vide *Tangere*, & *percutere*.

*Verberare verbis*.Truc.1.2.v.17.

*Verberea ſtatua* de ſeruo benè verberibus exercito. Capt. 5.1.v.31. Pſeud.4.1.v.7.

*Verbero* Conuitiū in ſeruos. Amph. 1.1.v.25.128.188.& 1.3.v.21.& 4.2. v.9.Curc.1.3.v.40. Caſ.2.6.verſ. 28.Moſt.5.2.v.11. Mil. 2.3.verſ.51. & 2.6.v.20. & 4.2.verſ.65. Merc. 1.2.77.Pſeud.1.3.verſ.125. & 4.4. verſ.9. & 4.7.v.63. Sæpè apud Plautum. Eſt *Plagitriba* cuius coſtæ plagis & verberibus callent.

*Verbi velitatio*: λογομαχία egregia compoſitione ὑφ'ἕν. Aſin. 2.7.v. 41.

*Verbis vincere* Mil.2.2.v 31.

*Verbis ſuis* aliquem ſalutare.Bacch. 4.4.v.79.

*Verbis alicuius ſalutē nunciare*. Trin. 3.3.v.42.

*Verbis meis*, hoc eſt meo nomine. Amph.3.3.verſicul.12. Mil.3.3.v. 39.Rud.2.3.v.74.

*Verbis conceptis iurare*. Aſin.3.2.v.16. Bacch.4.9.v.105. Pſeud.4.5.v.5. vide Litt.C.

*Verbo*, Germ. **Mit einem Wort**. Aſin.4.1.v.55.

## VERBA ACTIVA ABSOLutè poſita.

*Agere* pro agere ſe. Bacch.5.1.v.20. Moſt.1.2.v.30.

*Appellere*.Aſin.3.3.verſ.43. Bacch.3. 1 verſ.11.

*Qui præcipitauit in amore*. Trin. 2.1. verſ. 31. *Penetrare ſe*. Trin.2.2.v. 114.

*Turbare*. Moſt.3.1. verſicul. 15. vide litt.T.

*Alia exempla talium verborum vide quaſo apud Danielem Vechnerum in doctiſſimo libello Hellenolexia*.

## VERBA ACTIVA TRANSITIuè & paſſiuè poſita.

*Decidere*: decidere & ſtillare facere, nempe

nempe vnguenta, de quibus agitur. Caſ. 2. 3. v. 21. Ita ibi vulgo, & Acidalius, vt & Colius defendunt: nos tamẽ expreſſimus Mſſ. lectionem: *quæ mihi dediſti.* optimo quoque ſenſu.

*Contemnere*: cõtemni facere. Stich. 2. 2. v. 33.

*Conuertere*: pro conuerti. Stich. 3. 1. v. 13. Sic apud alios authores hęc exempla obſeruantur.

*Intermittere*: intermitti facere. Petronius: *Et quia repentina tranquillitas intermiſerat curſum.*

*Reſultare.* Apul. lib. 5. Aſ. *Feſtinantes adueniunt, ibiq; deflebant oculos, & plangebant vbera, quoad crebris earum eiulatibus ſaxa, cauteſq; parilem ſonum reſultarent.*

*Deripere*: pro, latere facere. apud eundem Apuleium.

*Deſidere*: deſidere fecit Apul. l. 1. *Et quoniam denſa habitantium ædificia locũ nouo hoſpiti nõ dabant, ante portam proiectam domũ deſedit.*

*Cohærere*: cohærere facere. Manil. lib. 3. Aſtron.

*Athla vocant Graii, quæ cuncta negotia rerum*
*In genera, & partes bis ſex diuiſa cohærent.*

*Recidere.* Apuleius lib. 3. *Sed quod alterius rei cauſa facere iuſſa ſum, mala quædam mea ſors in tuam recidit iniuriam.*

*Conſidere*: conſidere facere. Trin. 2. 2. v. 19.

*Copulãtur* pro copulãt. Aul. 1. 2. v. 38.

*Cruciare*, pro cruciari. Trucul. 2. 5. verſ. 2. ſiquidem lectio Palmerii obtinere debeat.

*Properare* ἐνεργητικῶς & tranſitiuè vſurpatur. Aul. 4. 1. v. 14. Caſ. 2. 8. v. 57. Bacch. 4. 9. v. 126. vide lit. P. *Properare* & *Penetrare*.

VERBA PASSIVA ACTIuè poſita.

*Conuortitur*, pro conuortit. Amph. 1. 1. v. 82. vide Non de contrariis verborum generibus.

*Dixit ſe conſuetum*, pro conſueuiſſe. Amph. 5. 1. v. 70.

*Obſecutum*, pro obſecundatum Aſin. 1. 1. v. 63.

*Iurari*, pro iurare. Perſ. 3. 2. v. 2.

*Præuorti*, pro præuortere. Caſ. 2. 8. v. 75. Pſeud. 1. 3. v. 8.

*Vagiri*, pro vagire Perſ. 2. 5. v. 18.

*Vorti in mercatura*, pro verſare mercaturam. Moſt. 3. 1. v. 104.

VERBA ACTIVA PASSIuè poſita.

*Caperat*, pro caperatur. Epid. 5. 1 verſ. 3.

*Impluit*, pro impluitur. Moſtell. 4. 1. v. 16.

*Lenire*. Mil. 2. 6. v. 100.

*Vertit* pro vertitur.

VERBA NEVTRA ACTIuè poſita.

*Abſtinere ſe.* Amphitr. 3. 2. verſ. 45. Curcul. 1. 1. v. 37. Caſ. 1. 1. v. 13. Mil. 3. 1. v. 48.

*Capeſſere ſe aliquò.* Aſin. 1. 3. v. 6.

*Declinare ſe.* Aul. 4. 8. v. 11. Sic Lucre. & Virg. 4. Æneid.

—— *dulci declinat lumina ſomno.*

*Migrare.* Trin. 3. 2. v. 13. Lucret. lib. 2. v. 779. & lib. 5. v. 832. Cic. lib. 1. de Diuinat. *Credo, me communia iura migrare videatur.* Agell. *Caſſita nidum migrauit.* Titinnius: *Quot peſtes, ſenia & iurgia ſeſemet ædibus emigrarunt.* Ita emendabat Giſanius.

*Penetrare ſe.* Amph. 1. 1. v. 93. Truc. 1. 1. v. 23.

*Penetrare pedẽ aliquò.* Men. 2. 3. v. 49.

*Perpluit* Actiuè capitur. Moſt. 1.3.v. 8.Propert. lib. 2. *Niobe depluit lacrymas.*

*Prohibere aliquem.*Amph.3.4.v.25.

*Properare aliquid facere.* Aul. 2.3.v.3. Epid.3.4.v.82.

Virgilius:

*—Pulchram properet per vulnera mortem.*

*Reſidere* pro *quieſcere* Actiuè capitur. Capt.3.1.v.8. Epid. 3.4.v.37. vide litt.R.

*Ruere.*Trin.4.1.v.18.

Virgil. lib. 2. Georg.

*Et ruit atram ad cœlum nubem.*

## VERBA ABSOLVTA & Tranſitiua.

*Agere.*Amph.1.1.v.294.

*Congeminare.*Amph.2.2.v.154.

*Expedire.*Amph.1.3.v.23.

*Morari aliquem.*Aſin.2.4.v.7.

*Quaſſare.*Aſin.2.3.v.23.

*Recipere.* Merc.2.4.v.30.

*Suppeditare.* Aſin. 2. 4.v.17.

*Vertere.* Amph. 1.1 v.94.

## VERBA COMPOSITA pro ſimplicibus.

*Expurgare*: pro, *purgare.* Mil. 2. 6. v. 55.

*Exempla alia infinita reperies in Lexico.*

## VERBA SIMPLICIA pro Compoſitis.

*Fodiri* pro *effodi.*Mil.2.4.v.21.

*Alia exempla ex Lexico huc transferenda in hunc locum. Paſſim enim ſuis litteris obuia erunt.*

## VERBA GEMINATA.

Plautus ſuo more ſolens ſæpe verba geminat: vt *Durare, Opperiri.* Truc.2.3.v.5.&2.1.v.34. *Demunt, danunt*: vti quidem vult ibi Piſtoris. Ego ſententiam expreſſi ex veteri lectione.

Sæpe permutantur verba contraria. *Locare* & *elocare* pro *conducere.* Aul.3.6.v.30. Epid. 1.2.v. 41.& 2. 2.v.114. *Occupatus* pro *otioſo.* vti quidem accipit Acidalius.

## VERBA FREQVENTATIVA

Quæ ſit vis verborum in TO, SO, quæ Grammatices Inchoatiua & Frequẽtatiua appellantur, diſceptant Grammatici. Multa namq; Frequentatiua dicuntur, quæ Deſideratiua potius ſunt. Antequam exempla Plautina ſubiungam, viſum eſt recitare Epigramma, quod olim de iſta lite Grammatica mihi excidit. Id tale eſt.

*Svnt duo, qui certant docta Ciceronis arena*
*Munito, Capto, Prenſo, quid ſit Vendito,*
*Quid ſit Dormito, oſtento,* Tvrnebvs *in illam*
*Sententiam vtrouis pede iuit, omnis*
*Quis TO vel SO extremam ſyllabam terminat orbem,*
*Rarò frequentiam, actionis ordinem*
*Sæpe notare: nec eſt finis diſcriminis inter*
Stephanvm *Poſitum, & arte dædala induium.*
*Munito, incipio munire, hic explicat; atq;*
*Prenſare, dormitare paro; inquit acriter.*
*Mars dubius, fidum doctumq; Palæmona quærit.*
*Vin' ſcire iudicium?* Stephani *mentem probo.*

Exempla Plautina omnia huc non congero: quæ ex Lexico peti poſſunt. Vnum & alterum ſubiungam

iungam tamen. *Dormito*. Amph. 1 2. v.175. *Cupito*. Ciſt. 2.1.v.19. *Quærito*. Ciſt.2.3.v.59.& 4.2.v.19. *Facto*.Merc.Prol.v.95.*Pranſito*.Aſin.1.1. v.18.*Reſponſare*.Ciſt.2.1.v.50. *Geſtitare*. Ciſt. 4.2. v.83 Vide alia exempla paſſim in hoc Lexico: itemq; duos aduerſarios Turneb.Adu.l.25.c.15. Ex Henr. Stephanum in Pſeudo Cicerone. necnon Taubmanum ad Stich. 2.1.v.104.

VERBORVM DIFFErentiæ.

*Adferre* & *Adducere* diſtinguuntur. Pſeud. 2.4.v.21.

Elegans incrementum eſt in verbis *Adiuuare, Augere, Amare*. Epid. 2.2.v.8.

*Adſpicere* minus eſt quam *diſpicere*. Ciſt. 4 2.v.25.

*Alere* eſt victu temporali vitam ſuſtentare: *Educare* ad ſatietatem perpetuam educere. *Nonius*. vide *Auſon*. *Popmam* de Diff. verb. Men.1.1. v.22. Non illic homo homines non alit, *Verum educat Recreatque*. Vnde colligere eſt, plus etiam eſſe *Recreare*, quàm *Alere*.

*Animus & mens diſcernuntur à*. Bacchid. 3. 4.v.12. Quamuis ibi Lipſius malit *animi mens*, vt alibi apud Plautum.

*Attinere* & *Retinere* videntur differre. Men. 4.2.v.22.

*Audacia* in vitio: *Audentia* in laude. Caſ.3.5.v.5.

*Beneficium* diſtinguitur *ab officio*: vt genus à ſpecie. Trin. 3.2.v.12.13. Eſt & loc⁹ Ciceronis in l. Philippica: qui nunc eſt in memoriam.

*Benignus: propitius* diſcernuntur. Perſ. 4.4. v.34.

